


517  
5

SELECTARVM  
Interpretationum Liber Sextus, &  
Septimus.

Authore D, Francisco Sarmiento, Epif  
copo Astoricensi,



Astoricę  
Excudebat Petrus Cofin,  
Anno 1577,

7 400 410

 Saber

MADE IN SPAIN

SELECTARVM  
Interpretationum Liber Sextus, &  
Septimus.

Authore D, Francisco Sarmiento, Epif  
copo Astoricensi,



Astoricę  
Excudebat Petrus Cofin,  
Anno 1577,

Ad Illustris, & Reuerendiss, D, Gasparē  
de quiroga, Archiepiscopum Toletanū  
supremum aduersus hæreticam prauita-  
tem quęsitorem, F, farmientus  
Astoricensis Episcopus per-  
petuam foelicitatē,

**S** Electarum interpretationum, qui a nobis nunc uulgantur.  
libri, Illustrissime, & Reuerendissime Praesul, tui nominis  
presidium suo sibi iure possunt uendicare, quid enim quod  
tua uirtus meruit, nostra non est emulata fortuna? Rota sacro Colle-  
gio fuimus tuo loco suffecti, uisitationis etiam cura fuit nobis deman-  
data, & Episcopale grauisimum onus Utriq; impositum, nobisq; Asto-  
ricens, Ecclesie, in cuius diocesi in Regno Galicia Quirroga domus, cuiq;  
splendent nobilitate maiores, quibus nostri gentiles non semel sunt agua-  
tione coniuncti, his accedit quod omnium ecclesiarum Hispania primas  
& Toletana Archiepiscopus es nunc meritisime designatus, cuius ecclesie  
sanctitas, & ecclesiastica disciplina ex tot in ea celebratis co alijs ita sple-  
det ut post Romanam ecclesiam, quae omnium est mater & magistra  
ceteras antecellat. Sed harum omnium necessitudinum causas tuus in nos  
amor, ingeniumq; liberale in omnes studiosos propesum superat. Age igitur  
Illustrissime Praesul, & hos nostros iuris libellos fere postremos, non  
enim his rebus Episcopale munus uacare concedet amplius, nostrae gra-  
titudinis qualescuq; pignus, monumentumq; mutui amoris, accipe, eosq;  
sua humanitate fove, atq; tuere. Vale, Ex Astotica  
6. Calend. Aprilis.

## Ad Lectorem,



Traberis forſá (amice lector, q̄ hiſce noſtris ſelectis in-  
terpretationibus, cum glolarum, & antiquorum do-  
ctrinam, & eruditionem maxime probemus, & vene-  
remur eorum exemplo omiſſo, verba ipſa, quę iuriſcō-  
ſultorum reſponſis, & aliorum præclarorum virorū  
libris continentur, ſententijs non contenti, ſæpiſſimē  
viurpemus, & tranſcribamus, ſed licet exemplis deſiceremur, vtilitas  
tamen euident nos deſſendet, nam quis poterit ſummorum virorum  
ſenſa magis aptis, proprijs dilucidisq; verbis exprimere, quã  
quibus ipſi vſi fuerunt, illis enim quaſi ſtellis quibuſdam ſplendet, & illuſtra-  
tur oratio, efficitq; quod elegantiffimē Lucillus inquit apud Cicero-  
nem, vt ſint quamlepide lexieis compoſte, vt teſerulę omnes, arte pa-  
uimento, & emblemate vermiculato, neq; parcius hoc fecit Cicero,  
ocultius tamen, quod non eſſent latini authores, quorum verbis ora-  
tio ſua poſſit ornari, At Ariſtotelis & aliorum Gręcorum, non ſen-  
tijs ſolum, ſed & verbis ipſis, ſui repleti ſunt libri. accedit et maxima  
vtilitas, quod noſtra legens ſtatim iudicium ſuum poterit adhibere  
neque diſtractus perquiſitione librorum repetita ſepe lectio-  
ne indigebit, aſſueſcet præterat hiſ auctoribus, quos eum, qui iuriſpruden-  
tiam proſiteretur proprijs digitis notiores habere oportet, neque enim  
ſe aliquid ſcire exiſtimet, qui non fuerit in hiſ ſtudioſe, & multū vo-  
luntatus, quod & breuitati maxime confert, quis enim breuius, propri-  
us, & dilucidius quam voftri iuriſconſulti, loquetur? magnitudine  
& multitudine libroru oppreſſi breuitatem ſemper amauimus, &  
affectauimus prope, idque non ſine ratione, nam ſi quid non volga-  
re, & lectu dignum noſtri libri continebūt, id non longa fatragines  
vel verboſitate ſuffoſſum facile poterit hauriri, & qui parum eos pro-  
bauerit lector non multas horas malle collocabit,  
nam breuitate laboris hoc damnum  
eleuabitur. Vale.

## Argumenta omnium capitum que in li- bris ſexto, & ſeptimo continentur, Ex libro ſexto.

- Ca. 1. De hiſ quę diximus in deſeſione libelli, de reddi tibus eccleſi.
- Ca. 2. De intellectu. l. ſi. in. §. ſi. de lega. 2. quãdo ignorantia proſit  
in alicuiatione rei ſubiectę reſtitutioni.
- Ca. 3. De interpretatione. l. 1. in. §. ſiſtipulanti. ff. de verbo. obliga-  
tioni.
- Ca. 4. De interpretatione, l. diē, proferre in. §. ſi plures. ff. de arbi-  
tris.
- Ca. 5. Quando vtile per inutile vitietur, vel non vitietur.
- Ca. 6. Quare dolus vitiet contractus bonę fidei, non metus.
- Ca. 7. De interpretatione. l. hiſ ſolis C. de reuocan. dona. Et quan-  
do hypotheca alienationis appellatione comprehendatur.
- Ca. 8. De interpretatione. l. 4. in. §. 1. de condictio. obſur. cauſ.
- Ca. 9. De interpretatione. l. falſus in. §. ſi iactū ex nau. ff. de furtis.
- Ca. 10. De interpretatione. l. falſus in. §. qui alienū. ff. de furtis.
- Ca. 11. De intellectu. l. 3. in. §. ſi mancipatus. ff. de bono. poſſeſſio.  
con tra tabul.
- Ca. 12. De interpretatione. l. ſed & ſiquid in edificauerit in. §. ſi. ff.  
de vſu fruct.
- Ca. 13. De facultate regia, ad conſtituendã primo genituram.
- Ca. 14. De alia lege eiufdem copilationis.
- Ca. 15. De interpretatione. l. fructus pendentes. ff. de rei vē. & quã-  
do fructis pendente, rei immobilis appellatione cōprehendan-  
tur.
- Ca. 16. De interpretatione. l. 2. in. §. & harum. ff. de verbo. obliga-  
tioni. ad materiam diuidui & indiuidui.
- Ca. 17. De inſinuatione donationis.
- Ca. 18. Vtrum actiones loco circumſcribantur.

## EX LIBRO SEPTIMO,

- Cap. 1. De cenſibus.
- Cap. 2. De cambijs.
- Cap. 3. De montibus pietatis.

A Cap. 4. De hiſ



- Cap. 4. De his quę dicta sunt in li. 1. in c. 6. harum interpretatio-  
num, de legitimatione ex matrimonio in fraudem contracto  
tempore mortis.
- Cap. 5. De hypotheca speciali rerum maioratus pro dote cum re-  
gia facultate.
- Cap. 6. De his quę dicta sunt in libr. 1. harum interpretationum  
circa. l. diffamari.
- Cap. 7. In quo comprobatur ex antiquorum vsu sententia quam  
deffendimus in libro. 1. c. 1. harum interpretationum, & decla-  
ratur Aristotelis locus.
- Capit. 8. De his quę dicta sunt in libro secundo in. c. 1. circa inter-  
pretationem. l. seruo manumisso. ff. de condictio. in debit.
- Capit. 9. Circa ea quę dicta sunt in lib. 1. in. c. 8. de principis pote-  
state.
- Cap. 10. Circa ea quę dicta sunt in eodem libro in. c. 9. de incestu.
- Cap. 11. De interpretatione auth. lucrum. C. de incest. nupr.
- Cap. 12. De his quę dicta sunt in lib. 1. harum interpretationū cir-  
ca. l. 2. C. de rescinden. venditio.
- Capitu. 13. De executione facta in clericum.
- Capitu. 14. De etimologie vtilitate, & vsu.
- Cap. 15. De his, quę dicta sunt in lib. 1. in. c. si circa nobilitatem.
- Ca. 16. De vicario episcopi vtrum preferatur canonicis in choro.

## SELECTARVM INTER- pretationum, Liber Sextus.

### Σ SVMMARIVM, Σ Ex Capite Primo.

- 1 *Auctor apologiæ, & propugna-  
culi, super falso edificat fundamento.*
- 2 *Quæstio ob quā tot sunt orta con-  
trouersie, est indubitabilis, ideo de  
ea non sumus locuti.*
- 3 *A lege iustitiæ Clerici sunt im-  
munes quoad redditus ecclesiasti-  
cos, quoad legem autem charitatis,  
circumstantiæ sunt considerandæ.*
- 4 *Clericus expendens in venatio-  
nibus, & Meretricibus, & histrio-  
nibus, peccat.*
- 5 *Quid si donet amicis vel consan-  
guines diuitibus, multa sunt consi-  
deranda.*
- 6 *Ex ista specie negatiuè, non po-  
test inferri ad supradictam, neq̃  
ex illa ad hanc affirmatiuè, vti ma-  
le argumētatur auctor apologiæ.*
- 7 *Quoad legē iustitiæ, æquales sunt  
Clerici & laici, quoad legem cha-  
ritatis, non itē, & numero octauo.*
- 9 *Hæc. 1. propositio, quam nobis tri-  
buit, D. M. non est nostra, sed con-  
traria.*
- 10 *Neque secunda.*
- 11 *Neque etiam tertia.*
- 12 *De dominio panis, & sacci fra-  
tris Franciscani, & infra numer.  
15. & 16.*
- 13 *De dominio Prelatorū, & nu-  
mero. 14.*

¶ CAP. I. DE HIS, QUÆ  
diximus in defensione libelli, de red-  
ditibus ecclesiasticis.



IRCA Red-  
ditus Ecclesia-  
sticos multa di-  
ximus, in libel-  
lo de ea re spe-  
cialiter edito,  
adeo vt opere-  
precium non fuisse, vllum verbum  
addidisse, nisi auctor Apologiæ et-  
iam in eo quod nunc illius edidit  
in firmissimo propugnaculo ex no-  
stro libello multa collegisset, quæ  
nec per somniū cogitauimus, quod  
paucissimis verbis ostendemus, &  
tenebras auferemus, rebus clarissi-  
mis offusas. Titulus quęstionis, quā  
nos disputauimus, & in fronte no-  
stri Libelli scribitur, sic habet,  
*Virum clericus, ea quæ sibi supersunt,  
ex redditibus ecclesiasticis in paupe-  
res, & alios vsus pios erogare teneā-  
tur, ex lege iustitiæ, vel solum ex  
lege misericordiæ, vel charitatis, &  
quando has leges, vel harum alterā  
transgrediantur.* Hęc sunt verba  
quę continentur sub titulo nostri  
libelli, de redditibus ecclesiasticis.  
¶ Hęc quęstio simpliciter est pro-  
posita, & nō in clerico, qui vanē, &  
profanē redditus ecclesiasticos con-  
sumpsit, vt hæc verba vsurpemus,  
quę lōge fabulę præstiterunt argu-  
mentum, imo innumeras excitaug-  
re tragedias, non enim quo ad secun-  
dan

dam quæstionis partē poterat esse  
 2 controuersia, neque adeo ignarus  
 eram, vt de re clarissima dubitarē,  
 & libellum de ea componerem: sed  
 id feci de quæstione dubia, & in v-  
 traq; parte controuersa. Nam de ea  
 quæ ad legem charitatis expectat,  
 nunquam dubitauī, sed quia quæ-  
 stio potius facti quam iuris sit, & in  
 ea cadat arbitrium, neque regulam  
 certam constitui, neque constitui  
 posse, & tunc existimaui & nūc ex-  
 istimo, sed in ea quæ legem iustitię  
 respicit, cum non cadat arbitrium,  
 (nō enim, si res aliena foret, nobis  
 arbitrium relinqueretur) firmissi-  
 mam regulam & decissionem quæ-  
 stionis cōstitui. *Redditus ecclesiasti-  
 cos clericis specialiter destinatos à le-  
 ge iustitię esse liberos, sicut & alia  
 bona patrimonialia.* Denique quo  
 ad legem charitatis, in qua arbitri-  
 um cadere potest, nō constitui cer-  
 tam regulam, quia infiniti possunt  
 3 euenire casus, multaq; occurrere,  
 ex quibus clericus, peccare vel non  
 peccare, & legem charitatis trans-  
 gredi, vel non transgredi sit iudicā-  
 dus: ideo tantum ostendi originem  
 & naturam bonorum ecclesiastico-  
 rum, intentionem ecclesię, & san-  
 ctorum patrum de ea re sententias  
 generaliter, et in vniuersum prola-  
 tas, quæ & laicos & clericos cōpræ-  
 hendunt, ex quibus arbitrari po-  
 tius ex circumstantijs, pro negotij  
 qualitate, q̄; regula firma constitui  
 potest. Quo ad hanc igitur legem  
 charitatis, duo sunt extrema, in qui-  
 bus res est adeo euidens, vt nullus  
 relinquatur quæstioni locus. Pri-  
 mū est si clericus in vsus pios, quæ  
 sibi superfluit, ex redditibus eccle-

siasticis erogat, alterum est huic cō-  
 trarium, si in vsus impios expēdat  
 quod barbarē, vanē & profanē di-  
 ci potest: in hac vltima specie cleri-  
 cum peccare mortaliter nunquam  
 dubitauī, licet auctor apologiæ cō-  
 trariū mihi imposuerit. Quis enim  
 adeo demens esset, vt clericum ex-  
 4 pendentem fructus ecclesiasticos,  
 in histrionibus, venationibus, ludis  
 & meretricibus à peccatō liberet,  
 & impios sumptus nō damnet? Ideo  
 de hac re vt certa & indubita-  
 ta non differui, nec vnquam verbū  
 vanē & profanē, vel equipollens  
 in libello de redditibus ecclesiasti-  
 cis vsurpauī, adeo ab ea opinione,  
 quæ mihi imponitur cum alicuius.  
 Denique vbicunq; clericus expen-  
 dit redditus ecclesiasticos in vsus  
 impios, peccat mortaliter, dando  
 enim meretricibus mortaliter pec-  
 cat, etiam in ea specie in qua laicus  
 non peccaret, nam licet commiscen-  
 do se concubinæ vel meretrici pec-  
 cet laicus, non tamen peccabit pec-  
 unias largiendo, vt colligi potest  
 ex .l. 4. in .s. sed quod meretrici, ff.  
 de condition. ob turpem caus. Cleri-  
 cus autem concubinę donare nō  
 potest, vt not. dd. per tex. ibi, in .l. 2  
 C. de donat. inter vir & vxor. facit  
 tex. in .l. mulierem. ff. qui vt in dig.  
 Neque si donet ipse clericus ad re-  
 stitutionem tenebitur, quia rē pro-  
 priam largitur, licet in hac specie  
 lex iustitię subesse videatur, tamē  
 lex iustitię dāntem nunquam obli-  
 gat ad restitutionem, sed accipien-  
 tem, nisi quando rem alienam, vel  
 alteri debitam dedit, vt videmus  
 in minore donante, quia si rem suā  
 donet, licet lege prohibente, non te-

netur ad restitutionem, quamuis  
 accipiens ad restitutionem tenea-  
 tur, eadem ratione de clerico concu-  
 binæ donante dicemus, vt ad re-  
 stitutionem non teneatur, licet  
 mortaliter peccet in tales vsus red-  
 ditus ecclesiasticos consummen-  
 do, et de eo, qui in venationibus,  
 ludis, vanitatibus et p̄fanitatibus  
 (vt verbo vane et p̄fanē sacrificia-  
 mus) p̄fundit ecclesiasticos reddi-  
 tus, vel etiā si in p̄ciosis vestibus,  
 et inhonestis, et suo ordini prohibi-  
 bitis, vanis, et profanis, et luxurio-  
 sis consumat fructus, mortaliter qui-  
 dem peccat, sed ad restitutionē nō  
 tenetur, quia res suas male consum-  
 p̄sit, non alienas, neque alij ex l. ius-  
 titiæ debitas: sed si redditus eccle-  
 siasticos non ita impiē expendat,  
 sed neque in pios vsus, vt si donet  
 non pauperibus amicis, vel confan-  
 guineis, an peccet mortaliter? Hęc  
 media species expendendi redditus  
 neque in vsus impios, neq; in pios,  
 5 propter varias circumstantias est in-  
 difficilis, veluti si clericus edificet,  
 non necessario sed sumptuose, &  
 voluptuarie: vel donet inmodera-  
 te nō pauperibus, in hac media spe-  
 cie verius puto excessum confide-  
 randum, & pauperum item indi-  
 gentiam, quid enim si in maxime  
 sterili anno hęc faciat? Quid per  
 contrariū, si in omni rerū abundā-  
 tia referto? Hęc omnia & alia mul-  
 ta erunt consideranda, vt clericus  
 peccare mortaliter, vel non pecca-  
 re iudicetur. Neque enim semper  
 superflua expendens clericus in v-  
 sus non pios peccare dicitur, sed  
 boni viri arbitrio pro rei qualitate  
 erit relinquendum, sic si testetur

clericus ad non pios vsus non sta-  
 tim dicitur mortaliter peccare, sed  
 si vanē, & profanē histrionibus, me-  
 retricibus relinquat, vel in publi-  
 cos ludos testetur, peccabit qui-  
 dem, sed si in amicos vel consangui-  
 neos non pauperes, excessus in ea  
 re, & alia multa erunt consideran-  
 da, & in summa pro rei qualitate  
 6 boni viri arbitrio hoc erit relin-  
 quendum, & ita verissimum est,  
 quod ego in dicto libello de reddi-  
 tis ecclesiasticis, in cap. r. in num. 10.  
 loquendo de consuetudinibus tes-  
 tandi, sub his verbis dixi, *Mani-  
 festum ergo est consuetudines tradi-  
 tas excusare à peccato mortali, &  
 liberare à lege iustitię, &c.* Quia cō-  
 suetudo liberat simpliciter à lege  
 iustitię, & à peccato mortali, vt  
 non statim quid quis testetur, etiā  
 extra pias causas peccet ex hoc so-  
 lo, sed si vanē & profanē testare-  
 tur, vt verbis conceptis & solemni-  
 bus vtamur, quod expresse dixi in  
 responsione ad apologi. in. 3. par.  
 circa monit. r. in fin. ibi, *Neq; etiā  
 sequitur si ius permetteret simplici-  
 ter clericis testari, presumendum pro-  
 pterea esse, profanē eos testaturos, si-  
 cut & in vita disponere permittit,  
 non tamen possumus dicere, ad hoc  
 permittere. Ut vane, & profanē  
 (vt verbis. D. Martin. vtamur)  
 clerici disponant: quia cum lex mise-  
 ricordia debeat eorum actus dirige-  
 re, neq; lex iustitię in hoc disponat, co-  
 rum conscientia relinquatur, licet  
 ibi dicta Domin. Marinus in pro-  
 pugna. in nu. 5. male interprete-  
 tetur. Sermo hercle familiaris &*

quotidianus, inquit Cicero, nō coherēbit, si verba inter nos aucupabimur, deniq̄ imperiū domesticum nullum erit, si seruuus hoc concesserimus, Ut ad verba nobis obediāt: nō ad id quod ex verbis colligi possit, obtemperent, Et non minus eleganter ex nostris, hoc dicit Paulus iurifconsultus in. l. pe. ff. ad exhibendum ibi: Respondi non oportere ius civile calumniari, neq̄ eius verba captare, sed qua mente quid diceretur, animaduertere. Et optime Cels. in. l. si cui simplici. ff. de seruitutib. & vt inquit Menāder apud Stobēum sermone. 42. Is qui legibus vitur nimium exacte, sicophāta esse videtur. Deniq̄ licet ego tenuissem clericum donāntem con sanguineis diuitibus, vel alijs nōn peccare mortaliter, non tamen sequeretur ex hoc clericum vane, & profane, expendentem non peccare, neq̄ tenēdo q̄ vane, & profane expendendo redditus ecclesiasticos peccet clericus, sequitur ergo, & donando con sanguineis, vel exteris non pauperibus, nam esset argumentari contra naturā, non potest facere quod maius est, ergo neque quod minus est, et per contrarium potest facere, quod minus est ergo quod maius, hac ratione posset homo volare, & idem non posset ambulare, sed neque illud simpliciter tenui, vt ostendi in dicta defensione, auctor tamen propugnaculi conatur ostēdere me id tenuisse ex eo, quod argumentatus sēpe fuerim ex Sancto Thoma. non esse differentiam inter bona patrimonialia, & fru-

ctus assignatos clericis, ego tamen ea omnia expresse declarauī, quo ad legem iustitiæ tantum, non quo ad legem misericordiæ, idque expresse dixi in libello de redditibus & iterū in eius defensione sub his, verbis interpretando sanctū Thomam, Neq̄ contrarium sentit sanctus Thomas, in dict. qua. 185. in art. 7 in conclusione, dum vult q̄ redditus ecclesiastici ex ipsarum rerum conditione sint eiusdem rationis, cum sint propria vt patrimonialia bona, quia sanctus Thomas, hoc determinat quo ad legem iustitiæ, non quo ad legem charitatis: Hæc sūt verba nostra, quinimo etiam si contrariū dixissemus arguendo, pro vt non diximus, debuisset attendere conclusionem, & resolutionem, & responsiones, & non argumenta: denique quo ad legem iustitiæ nihil inter episcopos, clericos, laicos, pauperes & diuites interest, æqualiter enim ad restitutionē tenentur, vel nō tenentur, si enim res alienas, vel alij dēbitas ex. l. iustitiæ sibi retineāt vel alij concedant, ad restitutionē tenentur, si proprias non tenentur, & ita loquitur expresse sanctus Thomas quo ad. l. verò charitatis nō sunt æquales, magis enim Episcopus, qui pater pauperum dicitur, & esse debet, quā alij clerici, & clerici quā laici, & illi de bonis ecclesiasticis, quā de profanis elemosinas largiri tenentur, quia in. l. charitatis sunt gradus, & maiorē charitatis gradū debet habere, qui alios perficere pfitetur, & fieri potest, vt in aliqua specie episcopus peccet mortaliter non dando elemosinā, in qua nō pecca-

peccaret simplex clericus, & in qua peccaret simplex clericus, magis peccaret Episcopus, & in qua laicus, magis clericus, vt in. c. cum quidā extra de iure iurando, iuxta illud, Iudicium graue his, qui presunt, & potentes potenter tormenta patientur. Cū quia magis receperūt, ac ceperūt enim quinq; talēta ideo alia quinq; debēt superlucrari, tū quia exēplo suo magis nocēt, & ita inquit. D. Hiero. ad Eliodorū. Domus tua in specula posita est, oculi omnium in te diriguntur, quid tu facis omnes faciedum arbitrantur: quare ne facias, quod qui imitari voluerit, errare cogatur. Ex his euanesūt omnia, quæ in dicto propunaculo, & apologia continentur: hi enim modi arguēdi, qui ibi cōtinentur sunt ex illis, quos inuenisse dicitur Eubulides Millefius, Soritæ, Vtides, & Fallētes, sed ōnes, quas optime callet docēdi leges voluit apologiæ auctor in me puertere. Deniq̄ nō temere, neq; simpliciter sūt clerici de peccato mortali cōdēnādi, q̄ nō omnia que sibi super sūt pauperibus, & v̄sibus pijs largiātur, nam vt verissime inquit Io. Gersō in lectio. 4. de vit. spiritu ali. 3. par. Doctores Theologi nō debēt esse faciles ad afferēdū aliquas actiones, vel omissiones esse peccata mortalia, præsertim sub verbo vniuersali, maxime quum obseruatio cōmunis obnititur obuiatque, vbi non sunt certissimi de re ipsa, nec talia sunt prædicanda populo tanquā certa, nā p̄ huiusmodi assertiones voluntarias, rigidas, duras, et nimis strictas in rebus incertis,

nequaquam eruuntur homines a luto peccatorum, sed in illud profundius, quia desperatius immerguntur. Hinc etiam generat serupuli inquietatiui simplicium, vt eis sit solidum nihil. Nam et si beatus vir, qui semper est pauidus, et veretur peccata sua: obseruandum tamen est summopere illud Terentianum: nequid nimis, et ne in scyrpo nodum quarant, demum quid prodest, imo quid non obest coartare plus iusto mandatum dei, quod est latum nimis? Quid insuper expedit, amarius grauiusq; reddere illud Christi iugum, quod suauē est, et onus eius leue? Nam et si contemptus ex hac laxatione, et dulcedine, apud alios quos improbos maior oritur, habentes velamen malitiæ libertatem: at apud alios bene institutos, gratiarum resonabunt actiones. Præstabitur etiam sedulum seruitium domino, cuius mandata grauiā non sunt, quippe qui non vult nos tentari, & grauari supra id quod possumus hæc ex illo. Faciunt etiam verba notanda ipsius Gersonis in 3. par. al. pha. 62. qui ita inquit, multos itaq; compertum est ex Sanctis Doctoribus fuisse, quos inexperientia fefellit temporum, & loquuti sunt non quid fieri posset, aut expediret: sed quid stricta iuris diuini, vel humani regulā dictaret. Hi dum ad experientiam difficultatum, et temporum, & hominum incorrigibilitatem veniunt, mutant plerumq; sententiam. Iſtam doctrinam Gersonis refert, et maxime comēdat Frater Bernardus

8 dinus de Arcual. in suo aureo libello de fraterna correctione. 3. quaestio. quae maxime conducit ad materiam de qua agimus. Et ita non temere, neque in vniuersum constitui debet, omnem clericum expendentem redditus sui beneficij, qui sibi super sunt in alios usus, quam pios, esse reu peccati moralis, sed ex circumstantijs est iudicandum: Ideo nullo certo modo satis de finiri potest. Vt in simili inquit calistr. in. l. 3. in § eiuusdem ff. de testib. vi. l. sicut in §. sed si permittent. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solui. potest esse vt clericus, qui mille donat amico, vel consanguineo non pauperi aliquo tēpore peccet, alio verò etiā donādo duo millia nō peccet, & puto recte generaliter diffiniri, vt facti potius quaestio sit, quā iuris, vt in simili specie nō in eleganter ait Vlpianus in. l. suus quoq; in. §. puto. ff. de haeredib. instituend. vbi agendo de conditione potestatiua ita inquit, Puto recte generaliter diffiniri, vtrum in potestate fuerit conditio, an non fuerit, facti potius esse, potest enim & hac si Alexandriam peruenerit nō esse in arbitrio propter huiusmodi conditionē, potest & esse, si ei, qui à primo milliaro Alexandriae agat, sit interposita, potest & hac si decem Titio dederit, esse in difficili si Titius peregrinetur lō ginguo i' inere, propter quae ad generalem definitionem recurrendum est, Et ibi glo. recte interpretatur vt generalis definitio sit, cum certa regula cōstitui nō possit, vt arbitrio boni viri relinquatur, et Scēuola in

l. Maeria in. §. vxore. ff. de annuis lega. in simili specie inquit, Nō posse absolute responderi, cum multa oriri possint, quae pro bono sint aestimanda, ideoq; huiusmodi varietas viri boni arbitrio dirimēda est. Diximus in l. cum ita in. §. species. ff. de lega. 2. sic in specie nostra statuendum est, potest enim esse vt, qui illa duo millia superflua donauit amico non pauperi, donasset prius decem millia pauperibus, potest esse vt neq; obolum vnquam pauperi largitus fuisset, potest id factum esse in opulenta, & abundanti prouincia, et in sterili & mendica, potest esse vt donet diuiti, qui solet sua pauperibus pie distribuere, potest vt nepoti, & helluoni: ex circumstantijs enim quas graeci peristaseis appellat haec, quae generalem definitionem non recipiunt, sunt aestimanda, vt recte ibidem arbitratur Vlpianus, & in multis alijs locis, quos nos collegimus supra in lib. 3. harū interpretationum in. c. 10. in fin. & in infinitis iuris partibus haec accidentia considerantur, scilicet causa, persona, locus, tempus, qualitas, & quantitas, & vt optime inquit Claudius in. l. aut facta. ff. de pēn. & Alex. 3. in. c. sicut dignum de homicid. Et Paul. in. l. eius in. §. tales. ff. de oper. liberti. Nam obligatio dandi elemosinam ex illo Charitatis praecepto, descendit, diliges proximum tuū, in quo vt optime dicit frat. Bernardi. vbi supra in 6. conclusio. licet fir vnus modus in genere diligendi quantum ad omnes, cum dicit sicut te ipsum, tamen specialiter quātū ad singulos non potuit esse vnus

& determinatus, sed varius secundum qualitates, & condiciones personarum, & temporum similitū constantiarum. Et magis est [vt inquit Venule. in. l. continuus, in. §. cum ita. ff. de verb. oblig.] vt totā eam rem ad iudicem, aut ad virū bonum remittamus, Quem in hac cōtrouersia. confessorē esse dicemus. Sic videmus Tobiam maxime laudari, q̄ mortuos sepeliret, eo tempore quo non erant qui officium illud prestarent, & non sine periculo fiebat, cum tamen alio tempore quando non deerant, qui hoc officium exhiberent, Dominus noster, Marthei. c. 8. filium à sepultura patris arceret. Sic & Apostoli aliquādo ministrabant mensis, aliquādo ab hoc officio abstinerunt: Actū, c. 6. Omnia enim tempus habent, vt Ecclesiastes. c. 3.

Denique suadendi sunt clerici, & obsecrandi, vt in pios usus bona sua distribuunt, vt in dicto libello diximus, quod si luxuriosē & voluptuosē viuant, acriter reprehendendi sunt, cum mortaliter peccēt. Talium vitam optime depingit beatus Bernardus in declamatione super illis verbis, Ecce nos relinquimus omnia, qui omnino videatur, Quod si culpa non ita sit manifesta arbitrio boni viri erit relinquenda, videt ex. in. c. dño guerrā. versi. bonustamē iudex hic fini. l. in vii. feudo. Sed de his, cū clara & in promptu sint satis superq; diximus, ad quaedam alia, quae habentur in dicto propugnaculo, in num. 8. quae difficiliora quidem non sunt, duriora tamen respondeamus, Et verba illius sic habent,

Et ideo quia in eum sum claritate, & obseruancia, doleo eum adeo adhuc per stare in multis à via cōmuni exorbitantibus, quae ego efficaciter confutavi, à monito. 8. vsq; ad 19. Vt etiam aliqua periculosa nunc adiciat, in quibus sunt quod Apostoli esto voverint statum perfectionis ad se perficiendum, non voverunt paupertatem, quod vovens votum solenne paupertatis, non fiat inhabilis ad dominum querendum: quod Apostoli per Apostolatū, & Monachi per Episcopatum absoluntur à voto solenni paupertatis praecedentis quod Petrus & Monachi, post votum solenne, sunt domini, etiam in speciali vestium, panis & aduoliorum, quod dominum rerum temporalium est necessarium praetatis administrandum: quod dominum verum bonorum stabilium ecclesia habent Praelati, & clerici, quod Franciscanus in particulari est dominus vestium & ciborum ad vesendum donatorum, quod Monachus sibi acquirit dominum vestium, & ad vesendum sibi datorum, non autē seruus, & consequenter quod seruus et Monachus non equiparantur in acquirendo ille suo domino, & hic ordini suo, vel Monasterio, vel certe Deo specialiratione: & quod paupertas seruilis, maior est paupertate euangelica, quod ridiculum est dicere Monachum non esse dominum, eorum quae vestit & edit. Haec sunt verba ibi contenta, alijq; lequuntur quibus auctor animo & officio suo

# Selectarum interpretationum

## Liber Sextus, Capitu. I 5

suo existimat satisfecisse omisis, quæ ferre melius erit, quam referre quibus satis responsum est in deffesse, circa moni. 24. in num. 8. Ideo de his tantum, quæ retulimus, breuiter disseremus.

9 **PRIMA** igitur propositio est. *Apostoli esto q̄ uouerint statū perfectionis ad se perficiendum non uouerunt paupertatem.* Hæc inquam prima propositio, non habetur in mea deffensione, imo potius huic contraria, cum expressè distinguā inter uouentes statum perficiendum, et statum eorū, qui alios perficiunt, ut hic ultimus status, qui Apostolorum est, & Episcoporum paupertatem non requirat, & expressè dixi, q̄ si Apostoli uouissēt, potius uouissent statum perficiendum, quam perficiendorum, ut apparet in libello deffensionis, in 1. parte, circa moni. 9. quod etiam diximus in libello de redditibus ecclesiasticis, in 1. par. in c. 1. ante numerum. 6. Et uide ad propo. Alfons. de Cast. in tract. de hæresibus libro. 2. verb. Apostoli heresi. 2.

10 **Secunda** propositio, *Quod uouens uotum solenne paupertatis, nō fit inhabilis ad dominiū quærendū,* Hæc propositio, non reperitur in libro meo, nam quæ pertinet ad ea, quæ comedunt Fratres Francisci, de quibus locuti sumus, prout loquitur, Io. 22. in extrauaganti, ad conditorem de verbo signific. qui uult esse simulationem, & falsitatem in his rebus consumptibilibus uſū separare à dominio, uideantur quæ nos diximus circa moni. 12. in dicta deffensione, Et ita hæc propositio simpliciter proposita, ut est propo-

sita, nobis est imposita, sicut præcedens. Si uero restringatur, est propositio Io. vigesimi secundi, & ponitur infra in 9. et. 8. propositione Et etiam in quarta.

**Tertia** propositio *Quod Apostoli per Apostolatū, & Monachi per Episcopatum absoluuntur à uoto solenni, paupertatis præcedentis,* Hæc propositio imposita nobis est quia expressè in dicta deffensione contrarium diximus, recedendo ab opinione. R. P. Dominici de Soto in quam inclinauimus alias, ut expressè diximus in dicto libello circa. 1. monitū, & ita nescio quocōsilio auctor hæc componat.

**Quarta** Propositio. *Quod Petrus & Monachi post uotum solenne sunt domini, etiam in speciali uotum, panis & aduliorum.* Hæc propositio periculosa sane est & propterquam periclitari fides possit, si dominium sacci, quod solet ad cadaver pertinere, uel frusti panis, quod solet esse apud Mures, sit apud fratres Sancti Francisci, de quibus solum loquuti sumus, nam aliorum religiosorum vestes, quæ præciosiores sunt, cum in communi sint capaces, erunt apud conuentum, sicut diximus uestium serui dominium esse apud dominū, sed fratres minores non magis capaces sunt in communi, quam in speciali, Et quod possint eis sacci aratri suo à Guardiano auferri, pertinet magis ad uotum obedientiæ, quam paupertatis, ut iam ostendimus, propter quod uotum obedientiæ, ex facto suo præcedenti dominium sibi auferri libere potest, ne regula iuris obstat, sed certè hæc quæst

quæstio ut dicitur, est de lana caprina, cum id quod Nicola. 3. in c. exiuit de verbo Signific. appellat uſū, Io. 22. dicit esse dominium, quia in his rebus dominium non posset separari ab uſu, ut Caius, & Vlpia. p. bant & alij iurisperiti, & sanctus Tho. quos nos allegauimus, quibus non datur responſio, & in effectu non est aliud discrimē, uereor ne si in his leuibus à deo urgeamus, dici nobis possit, ut uobis qui decimatis mentham.

13 **Quinta** propositio, *Quod dominium rerum temporalium est necessarium Prælati ad administrandum.* Ea propositio ut ego dixi uerissima est, quia uile & necessariū est, q̄ Prælati habeant bona, ut melius possint administrare, idq̄ dixi contra hereticos ecclesiæ uſum impugnant, ut apparet ex dicta deffensione in 1. par. circa moni. 13.

14 **Sexta** propositio q̄ *dominium rerum bonorum stabilium ecclesiæ habent Prælati, & clerici,* Hæc sexta propositio intelligendo de bonis suæ mæxæ assignatis, uerissima est, cum rei uedictio sibi detur, & ita sunt domini, ut maritus rei dotalis ut latè diximus, nec. D. Martinus respondet nostris rationibus, & est quæstio potius de nomine ut diximus circa. xi. moni. in. nu. 2. in deffeso. num. 13. & circa moni. 24. in 1. par. ubi late, & in 2. par. circa moni. 12. ubi omni uideatur.

15 **Septima** propositio, q̄ *Franciscanus in particulari est dominus uestium, & ciborum ad uescendū datorū.* Hæc propositio iam supra expolita est, quia est bis uel ter concepta

nisi priorem propositionem de alijis Monachis intellexit, sed ego solum de fratribus sancti Francisci expressè locutus sum, & hæc est decisio in dicta extrauaganti ad conditorem, & in extrauaganti quia quorūdam de uerbo signific. quibus non responderetur in apologia, neq̄ in propugnaculo.

16 **Octaua** propositio, *Quod Monachus querit sibi dominium Uestium, & ad uescendum sibi datorum, non autem seruus.* Hæc propositio est simili precedenti, si dominus det uestes seruo, in dominio domini remanent, sed si guardianus sancti Francisci uestiat fratrem, non magis potest esse sacci dominiū apud guardianum, quam apud ipsum fratrem, apud quem igitur sit ponit, Io. 22.

9 **Nona** propositio, & *consequenter quod seruus & Monachus, nō equi parantur in acquirendo ille suo domino, hic ordini suo, uel Monasterio, uel certe deo speciali ratione.* Hæc propositio est uerissima in monasterijs ordinis sancti Francisci, de quibus nos locuti sumus, quia seruus acquirit domino, Monachus Sancti Francisci, non monasterio, ut iam admonuimus, sæpe prædictum authorem, qui cōfundit alias religiones, cū religione sancti Francisci, de qua tantum nos expressè loquuti sumus.

10 **Decima** propositio, *quod paupertas seruus, est maior paupertate euangelica.* Hæc propositio quam ex nostris infert, nescio quod dubium habeat, cum Io. 22. in extrauaganti inter nonnullos declaret eos hereticos

Selectar. Interpretationum,

cos, quæ afferunt Christum, & eius discipulos nihil habuisse in speciali, neq; in communi, ideo nõ est hæreticum, sed verissimum dicere seruos neq; in speciali, neq; in communi aliquid habere.

II Decima prima propositio, & ridiculum est dicere Monachum non esse dominum eorum quæ vestit, & adit, Hæc propositio ad lo. 22. pertinet, & de ea diximus ostendendo esse duplex dominium, alterum naturale merum, sine quo vitam transigi impossibile esset, quale est panis, & lacci, quod nulla lege adimi potest, aliud politicum, de quo videnda sunt quæ diximus circa monit. 12. in dicta defensione, & diuus Chrysoft. supra. Ioa. c. 2. inquit, frigoris gratia, & caloris, & pudoris vestibus egemus.

S V M M A R I V M, Ex Capite Sequenti.

- 1 Alienatio rei subiectæ restitutioni ab ignorante facta valet, & debet fidei commissario solui estimatio.
- 2 Nisi expresse sit prohibita alienatio secundum doctores, & defenditur hæc distinctio.
- 3 Reprobatur distinctio Imol. inter fidei commissum vniuersale, & speciale.
- 4 Defenditur intellectus Bal. & Cuma quando prouenit ignorantia ex facto testatoris.
- 5 De intellectu l. quasitum. ff. qui & a quibus, & l. si pater. de ma. nu. vidi et.

- 6 In fidei commissio perpetuo non habet locum ista lex.
- 7 Nunquam emptor tenebitur re restituere, nisi reddito sibi pretio, etiam ubi alienatio non tenuit in specie istius legis.
- 8 Alienatio ab ignorante facta non facit locum fidei commissio, nisi superueniente scientia rem non recuperauerit.
- 9 Quantum tempus ad hoc sufficiat, relinquatur arbitrio boni viri.
- 10 Quando alienatio per metum facta silentio confirmetur.
- 11 In specie nostra debet recuperare hæres quamprimum possit rem, quam ignoranter alienauit.

CAP. II. DE INTELL. lectu. l. si. in. §. si. ff. de legat. 2. quando ignorantia profit in alienatione rei subiectæ restitutioni.

MARITVS VXORIS rem (inquit Scauola) ex asse heredem instituit cuius post mortem codicillos aperiri testator præcepit, prædium hereditarium vxor in fructuosum rationi suæ existimans vendidit emptor querit an retractari hæc venditio possit post mortem mulieris ab his, quibus codicillis per fidei commissum hereditas data deprehenderetur, an vero solû quantitas pretij ab hærede fidei commissarijs deberetur, respondi, propter istam ignorantiam tã mulieris, quam emptoris heredem mulieris, ut fundus

apud emptorem remaneat, fidei commissario pretiû dari debere. Ex isto textu notant doctores, qd si res subiecta restitutioni alienetur ex iusta ignorantia, quia & emptor, & venditor fidei commissum ignorabant, tenet alienatio, & restituendum est fidei commissario pretiû, nõ enim sufficit solius emptoris bonafides vt alienatio teneat vt in. l. si. in. §. emptor C. commu. de legat. & hic.

Prima de claratiohu ius legis,

¶ I N primis autem intelligendus est hic text. in re subiecta restitutioni, non tamen prohibita alienari, si enim eius alienatio esset expresse prohibita, nõ haberet locum hic text. sed nulla esset alienatio, cû maior esset vis prohibitionis, quam iustæ ignorantie secundum Paulum hic, & in consi. 247. in libro. 1. in. 6. col. post mediû, quod etiam tenent alij, quos Alex. refert in l. Marcellus in §. resque in nu. 4. ff. ad Treb. & Claudi. in nu. 4. lal. in l. filius familias, in §. diui. 2. lectu. in num. 100 de leg. 1. vbi Ripa in num. 11. in verbi quartus casus, Soccin. in consi. 49 & consi. 75. circa finem, in lib. 1. & Deci. in consi. 38. in num. 4. in fine & Corne. in consi. 294. in nu. 5. in lib. 3. & Parisi. in consi. 81. in nu. 43. in lib. 2. Ruin. in consi. 111. in fin. & consil. & 109. num. 21. & 147. sub num. 14. lib. 2. & in consi. 39. in fine & consi. 127. num. 13. in lib. 5. Grat. respons. 91. in lib. 1. in num. 14. & decisio pedanton. 73. cõtra Ruin. in consi. 118. in num. 4. in volum. 2. Alciatus in ista. l. in nu. 6. cõtra Soccin. in dict. §. res quæ in nu. 10. Nam licet rei subiectæ restitutioni semper alienatio prohibita sit,

vt in. l. fin. in §. sed quia, & in §. fin. autem sub conditione. C. commu. de leg. tamen maxima est differentia inter prohibitionem expressam & tacitam, quæ oritur ex de fidei commissio, quando nondum venit dies fidei commissi, cû iterum valeat alienatio, vt in. l. Staius Florus, in §. Cornelio felici. ff. de iure fisci, & in. l. fin. in §. fin. autem sub conditione C. commu. de leg. notat glosa in. l. cum pater, in §. libertis. ff. de lega. 2. & alibi latius dicemus, & hæc opinio probatur, quia iste text. solum procedit in fidei commissio conditionali, si pendente conditione fiat alienatio, secus in puro, quia eo tempore, quò fit alienatio, nõ habet hæres ius alienandi, cui comparatur iste, in ea specie, in qua, licet fidei commissum sit conditionale, prohibitio tamẽ est pura, quæ simili modo impedit alienationem ab initio, vt in dict. l. filius famil. in §. Diui. 2. ff. de leg. 1. Et istas duas species optime coniungit Alciatus, in nu. 7. quæ omnia vera sunt quoad rei dominium, sed quoad restituendum pretium emptori, in nulla dictarum specierum dabitur excusatio, vt infra ostendemus in nu. 7.

Secundo modo intelligit istum text. Ioan. de Imol. quado res esset subiecta restitutioni sub fidei commissio vniuersali, & sub conditione pura, vt tempore alienationis ius sit apud alienantem, quia nondum venerit conditio fidei commissi, & quod minus possit in rebus particularibus fidei commissum vniuersale, q; particulare, ideo in fidei commissio puro, vel cuius conditio aduenerit, vel particulari non procedat textus

Interpretatio. Io. de Imol. quæ reprobat.



tus iste: sed certè hæc interpreta-  
tio, & distinctio inter particulare,  
et vniuersale fideicommissum pla-  
cere non potest, licet enim ex vni-  
uersali fideicommissio non traf-  
feratur dominium ante restitutio-  
nem, tamen si sit purum fideicom-  
missum ab initio, inutilis est alic-  
natio, & quoad hoc non minus o-  
peratur vniuersale, quàm particu-  
lare fideicommissum, sicut in Iustini  
iure in l. fina. in §. fin. autem  
sub conditione C. commun. de lega.  
Item quod eo tempore nondum  
venerit conditio fideicommissi,  
nihil efficere videtur cum resolu-  
to iure alienatis, idem sit ac si eo  
tempore nihil habuisset, ut in l. lex  
vestigali. ff. de pignor. cum alijs, &  
ista lex finalis iustam ignorantiam  
solum considerat, tamen in hoc est  
maior difficultas quam infra latius  
declarabimus.

Interpre-  
tio Bal.  
Cuma.

¶ TERTIO modo textum  
istum intelligebat Bal. hic & Ra-  
phael Cuma. ut solum hic tex. pro-  
cedat quando ignorantia proue-  
nit ex facto testatoris ut hic, non  
enim permisit testator maritus co-  
dicillos aperiri in vita vxoris hæ-  
redis institute, ideo ex facto ipsius  
testatoris fuit ignoratum fideicom-  
missum in codicillis relictum, quod  
etiam tenet idem Bal. in aut. res que  
C. commun. de lega. cuius opinio  
quod ignorantia etiam iusta non  
sufficiat, nisi ex testatoris disposi-  
tione oriatur, licet eam communi-  
ter Doctores non sequatur verif-  
sima est, nam ut inquit Papinia-  
nus. *Ignorantes astringuntur fidei-  
commissio*, in l. cum pater, in §. sur-  
do, & muto, ff. de lega. 2. pro cuius

intelligentia considerandum est,  
quod scientia, vel ignorantia, seu  
bona fides licet adiuncta cum alijs  
adminiculis possit dominium ad-  
ijcere, & de vno ad alium transfer-  
re, ut in vsucapione, & prescriptio-  
ne apparet, de se tamen sola nun-  
quam tantum potest ut ius mutet,  
nec dominium sine voluntate do-  
mini trāsferat, est enim regula iu-  
ris, *quod id, quod nostrum est sine fa-  
cto nostro ad aliū trāsire nō potest*.  
Et hoc ex multis iuris partibus o-  
stendi potest, ut in tit. C. si quis ig-  
norans rem mino. Et hoc in termi-  
nis nostris pbatur, in l. sticho, in §.  
cum glo. fin. ff. de usufruct. legat.  
Hæc autem ignorantia, quædo ex  
culpa illius, qui in ea re potest face-  
re præiudicium prouenit, non eif-  
dem regulis aduersatur, cum sicut  
expresse ei res potuit facere præiu-  
dicium, potuit & aliquid faciendò,  
ex quo ad id deueniatur, facit tex.  
in l. cum fidei. cum his que ibi no-  
rat Benedi. de Plumbi. ff. de fideicō-  
missa, libera. in simili facit tex. in  
l. Zenodorus, C. ad Senat. consul.  
Macedo. & totus titulus C. si minor  
se maior. dixer. vbi ex facto & cul-  
pa alicuius, bona fides alterius ius  
mutat, ergo istius legis specialis ra-  
tio est, quia ex facto defuncti, qui fi-  
deicommissio potuit præiudicium  
facere ea ignorantia prouenit, ut  
Baldus inquit.

Hæc autem omnia que dicta sunt  
circa interpretationem istius l. fin.  
in §. fi. de leg. 2. quod intelligatur  
ut valeat alienatio rei fideicommissi  
so subiectæ propter ignorantiam,  
quæ prouenit ex facto & volunta-  
te

Difficul-  
tas noua  
istius l.

te domini, & testatoris defenden-  
do interpretationem Bal. & Subtri-  
lis. Cuma. licet satis superq; videat-  
ur comprobata, tamen non leuem  
patiuntur difficultatem, quia neq;  
fauore libertatis sine voluntate do-  
mini, valet dispositio ab Ignoran-  
te facta, etiam si illa ignorantia  
iustissima fuerit, & ex facto, et vo-  
luntate domini emanauerit, tan-  
tum abest ut vndeconq; proueniat  
ignorantia (ut Doctores volunt)  
sufficiat, textus est notandus in l.  
que sita. ff. qui & a quib. manu. lib.  
nō sūt vbi in §. Iulianus ait, ita in-  
quit Paulus, *Iulianus ait si post quā  
filio permisit pater manumittere. si  
lius ignorans patrem decepsisse ma-  
numisit vindicta, nō fieri eum li-  
berum, sed et si vixit pater, & vo-  
luntas mutata erit, nō videri vo-  
lente patre filium manumisisse*. Ec-  
ce quod neq; fauore libertatis igno-  
rantia etiam ex domini facto, &  
voluntate proueniens sufficit, qua-  
re igitur in ista leg. si. ignorantia  
ad subuertendam testatoris volun-  
tatem sufficit?

Singularis  
Interpre-  
tatio.

¶ Ego ex istimo huic difficultati pos-  
se responderi, vel quod in ista l.  
si. in §. fi. ff. de lega. 2. id permitta-  
tur ut poena duplæ, qua heredes v-  
xoris ex euictione tenerentur, ut in  
l. si. in §. si. in fi. C. de commu. de  
legatis. excusetur, vel quod in di-  
cta l. si pater. filius familias esset  
nudus minister, non dominus ser-  
ui, nam si in eum esset domini-  
um transfusum, reuocatio patris,  
nisi ei nota esset, no noceret ma-  
numissioni serui postea subsecu-  
tæ, ut in l. si pecuniam in §. si ser-

uum quis ff. de conditione caus.  
dat. ex mente glo. in dicta l. si  
pater filio, & in dicto §. si seruum,  
quam ibi doctores sequuntur, & i-  
ta in ista l. si. de lega. 2. valuit v-  
xoris alienatio, quia eo tempore  
domina erat, quia nondum dies  
fidei comissi cesserat, cum esset fi-  
dei commissum post mortem vxo-  
ris relictum, nam dicitur tex. *Cu-  
ius post mortem codicillos aperiri te-  
stator præcepit, & quibus codicillis  
per fidei commissum hæreditas da-  
ta deprehenderetur*, Ex quibus ap-  
paret conditionale fuisse fideicom-  
missum, ut in lege dies incertus ff.  
de conditionibus & demonstratio-  
nibus, ridiculum enim esset fidei  
comissum purum in codicillis post  
hæredis mortem aperiendis relin-  
quere, id enim obseruari solet in  
dispositionibus post mortem heredi-  
dis constitutis, ut in l. pupilares. ff.  
quem admodum testa. aperi. & in  
l. 3. C. eod. tit. quin etiam si non ex-  
presse conditio fideicommissio esset  
adiecta, hoc quodammodo condi-  
tionis vim habere videretur, quod in  
vita hæredis aperiiri prohibuerit te-  
stator codicillos, quibus fideicom-  
missum erat relictum, argu. tex. in  
l. 1. in §. dies autem. ff. de conditio-  
nibus & demonstratio. Et licet vi-  
deretur non differre fideicommissum  
conditionale in hoc a puro po-  
stea adueniente conditione, tamen  
concurrente facto testatoris faci-  
lius sustinetur actus, qui valuit ab  
initio, ex quo impeditur retrotra-  
ctio aduenientis conditionis, prop-  
ter medium contrarium.

Concurrentibus igitur his quod

## Selectarum interpretationum,

dominus sit is, qui alienat, & quod ignoranter alienet, ignorantiaque proveniat ex facto, & voluntate testatoris, alienatio rei subiecte restitutioni tenebit, & tunc non in totum fit fideicommissario praedictum, sed in ea specie pretium loco rei succedit, quod in iure aliquando est permixtum, ut pretium pro re solvatur, ut probatur in l. non amplius, in §. si quis bonorum. ff. de legat. r. quia eadem utilitas representatur, ideo ne res alienata reuocetur temperatur in hac specie rigor, sicut alibi in simili dicit, Bar. in l. Marcellus in §. res que in n. 2. ff. ad Trebell. vbi Imol. in fi. col. & Iaso. in n. 12 & in l. in quartam in nu. 9. ff. ad l. Falcid. Deci. in consi. 155. quando res reperitur alienata computatur in quartam, licet alias non esset in potestate heredis eligere certam rem pro sua quarta.

Quod si in specie istius legis finalis fideicommissum perpetuum foret, ut non exeat de familia, cum ea utilitas pretio representari non possit, non enim pecunia conservari cum utilitate, ut alię species, potest, ut rei evidentia ostendit, licet doctores nostri non parum de hac re controuertant, quos latissime refert Tiraquel. de vtroque, retract. in 1. parte in §. r. in glo. 7. in nu. 104. cum sequent. non procederet text. iste in ista l. si undecunq; ignorantia proveniat etiam ex facto testatoris, quod Alciatus nouissime voluit in ista l. in num. 7. licet videatur imputandum esse testatori, & facile fieri posse fraudem emptori, sed fraus fieri non poterit, quia quam restituere rem debet emptor,

nisi ei pretium solvatur, ut hec fraus euitetur, ideoque multo minus in specie istius legis finalis poterit res ab emptore auferri, quando haeres non est solvendo, cum aequius sit eum potius ex facto testatoris laedi, qui ex titulo lucratio venit, quam emptorem, ut bene contra Paul. & Corne. tenet Alciatus in num. 4. quod statim clarius ostendemus, denique ubi fideicommissum est perpetuum, & emptori satisfit de pretio, res poterit vendicari, quia in ea specie ex dicta alienatione non transferetur dominium, & idem crederem in fideicommissio puro, ut non habeat locum ista lex, quia tunc est nudus minister, nisi ad praedictum effectum, ut emptor, nisi sibi pretio soluto rem restituere non teneatur, nam praedictae leges, quae ignorantiam etiam ex facto domini non admittunt, in titulo lucratio loquuntur, ubi nullum damnum alicui inferatur, etiam si actus irritetur, quod si damnum fieret, teneretur ille, cuius culpa id contingit, ad id, quod interest, ut in l. si pecuniam in §. item si quis dederit. ff. de condict. caus. dat. & facit. l. si pupillus in §. de quo palam. ff. de institori. Quae culpa, cum in proposita specie sit testatoris, potius erit ius emptoris, cum sit creditor, quam causa fideicommissi. ut in l. filius familias in §. diui. 2. in versi. Sed hac neque creditoribus, neque fisco fraudi esse, ff. de lega. r. quod est valde notandum, neque enim aliquis ex doctoribus nostris hoc interpretatur.

Ex alienatione autem hac ab ignorantia facta non fiet locus fideicommissio, quasi alienatione contra pro-

## Liber Sextus Cap. III,

transferatur ius in re, ut in dicta l. si quiniimo ex hypotheca, licet domi nium non transferatur, tamen da tur facultas dominium transferen di, ut in dicta l. si pupillorum, & in §. contra autem, in tit. quibus mo. aliena. licet vel non. Non obstat omnibus supradictis, tex. in leg. in quorum, de pigno. vbi prohibita a lienatione, non prohibetur hypo theca. dicit enim ibi Modestinus, *in quorum finibus emere quis prohi betur, pignus acapere nō prohibetur*: nam ille textus secundum Bar. non loquitur in re prohibita acquirere perpetuo, & verum est pignus, vel hypothecam non esse acquisitionē perpetuam, nam in eo duo possunt considerari. Primū est ius in re ex parte creditoris. Secundum est a missio dominij ex parte illius, cuius est pignus, ius iure constituitur statim, amissio autem dominij est in potentia propinqua, sed nō quaeritur illud dominij creditori, imo expresse dominium prohibetur acquirere, cum neque cum venditur pignus, id creditor emere possit. ut in l. & qui sub imagine, C. de distra ctio. pignor. Cum concordant alle gatis in glo. & ita apparet clara hu ius puncti resolutio.

Sed ut nihil in hac re omittamus videretur quod regula supradicta per nos posita destruat. Quia non est verum idem iuris esse de pignore, quod de venditione quā tum ad rei alienationem: Nam vi demus permilla pupillo venditio ne rei per iudicem decreto in terposito, non posse pignori obli gari, ut in l. si pupillorum in §. si præ tor. ff. de reb. corum vbi inquit Vl-

pianus, *Si prætor tutoribus permisse rit vendere. & illi obligauerint, vel contra: an valeat quod actum est? & mea fert opinio eum, qui aliud fecit, quam quod à prætore decretum est, nihil egisse*. Sed huic tex. non est difficilis responsio, non enim loqui tur ille tex. de alienatione, sed de vē ditione, quæ species est alienationis & ita species ibi permilla est, non genus, at supra loquuti sumus quando de genere tex. loquitur, & licet aliquando venditionis verbo, omnis alienatio soleat comprehen di, ut in l. statu liberi à cæteris, in §. Quintus Mutius ff. d. statu libe. ta men id verum est, quando tex. res picit effectum, non modum, ut la tius diximus in dicto c. 2. ideo in de creto iudicis, cui specierum diputa rio concessa est, neque genericē pro cedere debet verbum venditionis non poterit ad aliam speciem alie nationis pertinere ut in dict. §. si prætor, imo male faceret iudex, qui alienationem in genere rei minoris permetteret tutori ut in eod. §. in versicul. quid ergo, vbi inquit, *Quid ergo si Prætorita decreuerit: vende re obligare ve permitto: an possit libe rum arbitriū habere quid faciat? & magis est ut possit, dummodo sciamus Prætorē non recte partibus suis functū, debuit enim ipse statuere & eligere, vtrum magis obligare, an vendere permittat*. Nā facti quæ stio in existimatione iudicis est, ut inquit Papinianus, & nos late de duximus in l. r. in c. r. facta autē cir ca indiuidua, nō circa genera, ver sātur, ut natura docet, et nos alibi o stendit





## Selectarum interpretationum,

stendimus in l. Mæuius in §. duobus de lega. 2 & in lib. 2 in c. 5. & ita quæstiones illæ de alienatione venditione, vel hypotheca cadere possunt in genere, non autem in hac, vel illa emptione, vel hypotheca.

Ex quo difficile videtur id quod D. Ludouicus Molina respondet in lib. 2. de hispano. primogeni. in lib. 4. in c. 5. in num. 15. dicens permissa à principe venditione rei maioratus licere hypothecæ subijcere, quod id vtilius sit maioratus, & quod venditionis verbum in materia etiam exorbitanti omnem alienationem comprehendere solet, & quod cui licet quod plus est, licere debeat quod est minus, & ex alijs vulgaribus regulis. ad dictum, §. si prætor multa respondet, & quod loquatur in decreto iudicis, & quod in concessione data administratori non domino, & quod potest esse ibi maior vtilitas in venditione, quàm in pignore, quod non est in maioratu, certe dominus Ludouicus Molina, in sua opinione rectè dicit: sed res maiorem disquisitionem requirit, cū & principis decretū sit, sicut & iudicis: nam neque si vtilius esset minori, sicut & in maioratu est, efficeret vt pignus teneret: nam vtilitas minoris non sufficit, vt actus valeat, si solemnitas decreti deficiat, vt nos latissimè diximus, in lib. de re. eccl. iust. in 1. par. in ca. 2. per tot. ideo opus est huius rei iugulū petere, & argumenti illius vim, cui licet quod plus est, intelligere, in quo vt diximus late in l. in suis in nu. 14. de liber. & posth. vbiunque in illo pluri comprehenditur minus, semper cui plus est licet, lice

bit & minus, si adulterū occidere potest, poterit & vulnerare: quia in occisione valius inest, nō tamè licet eū bonis spoliare, licet minus sit, quia spoliū sub occisione nō cōprehenditur, promitto tibi mille aureos; ergo centū, bona est consequentia, ergo equum, qui valet quinquaginta aureos, quod minus est, non est bona consequentia, & licet replices dedisset equum, qui mille aureos dedit, ergo falsa est hæc consequentia, quia quod dedit querimus, non quid dedisset, alioquin nō voluntates hominum sectaremur, sed corrigeremus, & nō esset dominus moderator rerum suarū, sed philosophus, vel sophista potius importunus, sic in specie proposita, si datur facultas vendendi re maioratus, hoc amittere re omnino significat vt amplius non sit in maioratu vtilitate eius spreta: ideo si possum re vendere, possum partē rei vendere ergo & hypothecæ subijcere, que non in totam rem perdit, sed partē facit rex. elegans in l. iurisgentiū, in §. adeo: ff. de pac. facil. cui ius est donandi. ff. de regul. iur. nā qui dominij dispositione cōcedit, ergo & hypothecæ, quia & in dominij iure venit posse pignori dare, vt in l. fructus; ff. de regul. iur. & in l. si. ff. de vsuris & in permissione alienationis rei maioratus non sola vtilitas alienantis attenditur, sed quod fiat cū minori damno successoris ideo id quod minus est, eligi potest licet sit minus vtile alienanti, facit rex in l. si ita stipulatio. ff. de oper. liber. cum his que diximus in l. galus, in prin. nu. 45. cū sequentib. & ita intelligi debet text. in leg. sicut

in

In §. venditionis, quib. mod. pign. vel hypot. solui. non sic in minore cui venditio à prætorè permittitur: non enim vt re amittat hoc agit, sed vt vtilitatem consequatur illius actus, qui ei a prætorè permittitur in ea specie cū causæ cognitione: ideo non potest ad aliam speciem trahi, que licet in abstracto soleat esse vtilior, tamen in ea specie posset esse damnosior, vt §. sed si permiserit, in d. l. sicut, ideo neque permissa venditione rei cū decreto partem rei vendere poterit, sed totam, quia in communionem incideret, quod vtile non est, vt in l. si non forem, in §. si centū, ff. de condi. indeb. quia non valet estimatio partis, tantum diuisim, quantum coniunctim, vt in l. Mæuius; §. fin. ff. famil. hercis, & in l. Mæuius in §. in fundo de legat. 2. 9 item quia neque parte totum debitum dissoluitur, vel si dissoluitur, quare alia res minoris non venditur: vel potius vt à sophista euadamus, quia horum argumentorum disquisitio ad solum prætorè, qui decretum inrerponit, pertinet, vt in l. cum hi, in §. si cui in fi. de transf. ff. & ita intelliges quando permissa venditione hypoth. censeatur permissa.

Notandum tamen est circa supra dicta, quod licet verum sit, vt diximus contra Alberi. quod dicta in his solis; que alienata non reuocentur ex ingratitudine habeat locum etiam quoad hypothecam, que alienationis verbo comprehenditur, tamen id verum est, ne fiat præiudicium creditori, qui ius in re ex pignore, vel hypotheca acquisiuit, sed respectu debitoris ingrati verum erit do

minatione rei hypothecæ subiectæ reuocari, sicut vt saluo iure pignoris in potestate luendi, soluendo debitum succedat donator: quia quoad ius, quod remansit apud debitorem, res alienata nō est, & quicquid apud donatarium reperitur ex ingratitudine reuocatur, reperitur autem dominium, quare ergo quoad id donatio nō reuocabitur: ideo quoad eum alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio eius manet, argu. l. alienatum, ff. de verb. significat. lex enim his solis prospicit, ne tertio in iure sibi querito ex reuocatione fiat præiudicium, non autem apud ingratum donatarium rem donatam, vel eius dominium voluit remanere: nam quæstio pignoris ab intentione domini separatur, vt in l. 1. in §. cum prædium, ff. de pignorib. & in confiscatione, vel commissio venit res, quatenus illius est, qui delinquit, vt in l. Statius Florus, in §. cornelio Fecici, ff. de iure fisci, tex. in l. peto, in §. prædium d. leg. 2. bonus tex. in l. marcellus, in §. fin. ff. ad Trebellia & in l. via constitui, in §. fundus ff. de seruituti. rustico. nam quare nō cū sua causa reuocabitur res donata, vel cū onere legitime imposito? onus enim rei hoc nō impedit, vt ibi & in l. cum in secundis tab. in §. fina. ff. de his quib. v. indig. & ita si fundus pignorat ob ingratitudine debitoris reuocetur à donante cū sua causa pignoris reuocabitur donatio vt argu. l. si conuenerit in §. si fundus, ff. de pignoratiti. actio. si enim cum sua causa alienare potest debitor, quare delinquendo idem efficere non poterit? Alioquin

partē alienasset, impediretur in totum reuocatio, & pars rei apud ingratum remaneret, quod nemo diceret, neq; tex. hoc voluit, imo regule iuris contradicunt, vt in l. qui scit in versicul. & quemadmodum ff. de vsur. optimus tex. quem glo. s. ibi allegat in l. si duo in ff. de adm. iust. tutor. facit tex. in l. item veniunt in §. ait senatus de petiti. heredita. optimus tex. in l. si. ff. de aliena. iudi. mutand. cau. fact. & falsum est quod ad eam partem, que est apud donarium rem alienata est, & ita alienata habtenus quatenus alienata non sunt non reuocatur, sed quatenus alienata sunt: sed re hypothecata dominium alienatū nō est, ergo dominium cū sua causa, vel onere reuocabitur, facit tex. in l. plane. r. in §. quod si rem in ff. de legat. r. ibi. *Nam habtenus mihi abesse res videtur, quatenus sum praestaturus.* Deniq; quicquid iuris facit apud ingrati, reuocabitur, quicquid vero apud tertium, ille sit remanebit per dictam l. his solis, ex quo puta deffendi posse donatōre reuocantem ex dicta ingratitudine debere stare colono donatarij ingrati, licet successor particularis etiam ex titulo lucratiōe nō teneatur, vt in l. qui fundum ff. locat. & in nihil proponitur in §. fin. de legat. r. quod est verbum singulare, cogita, multum facit quod hec actio a deo psonalis sit, et adeo tertio nō noceat, vt neq; in heredem ipse ingrati detur, vt in eadem l. his solis, minirum si neque conductorem vti sibi re locata impediatur, licet re publica filius nō teneatur stare colono, vt in l. si fundus ff. locat. quod

mirabile est, cū vbi ex causa nō personali rem recuperat, teneatur stare colono, vt in l. fin. ff. de iure fisci in §. sed ratio est, quia ibi teneatur locatori ad id, quod interest: ideo ob hanc causam tenetur stare colono, quod cessat in dicta l. si fundus quod nota. vnū adde q. qui succedit iudicis auctoritate missus in possessionem tenetur stare colono vt in l. in veditiōe in §. r. ff. de bono. auth. iudic. possiden. & an successor in maioratu, teneatur stare colono dicemus in l. vnum ex familiaria in §. si de falcidia in num. 6. de legat. 2.

**S V M M A R I V M,**  
Ex Capite Sequenti.

- 1 Notatur Vlpianus quod aliquando dormitatio vti bonus homerus.
- 2 Meretrici ex turpi causa non datur actio contra aliquos.
- 3 Vera ratio quare meretrix non turpiter accipiat.

**CA. VIII. De interpretatione.**  
4. in §. r. de conditio.  
ob turp. caus.

**L**icet Vlpiani elegans ingenium, dicendiq; facilitas se per maxime placuerit, tamen, vt in sequentibus ostēdemus, quandoq; vt bonus dormitat Homerus, nam & quedam ipsius ratio, quam se inuenisse gloriatur in l. 4. in §. sed quod meretrici. ff. de conditio. ob turp. cau. suspecta, & vana mihi semper visa est, & melior aliorum iuris consultorum, quam ipse

ipse reprobare videtur, inquit enim, *sed quod meretrici datur, repeti non potest, vt labeo, & Marcianus scribunt, sed noua ratione, nō ea, q. vtriusq; turpitudine versatur, sed solus dantis: illam enim turpiter facere, quod sit meretrix, sed non turpiter accipere, cum sit meretrix.* Nam si seiungas dationem à causa idem erit in quolibet maleficio, vt si Affiano ob homicidiū pecuniam dationemq; seiungas à turpi causa, quod fieri non potest, iure pecuniā accipiet, licet enim turpiter fecerit occidendo, sed non turpiter facit in accipiendo pecunias, neque enim turpitudine in acceptiōe versatur, sed in causa: si vero non seiungas, vt seiungi non debet causa, ob quam meretrix accipit, turpis est, turpe enim est esse meretricem, quod esse meretricem est corpus suum vulgare ob pecuniam, turpitudine ergo non potest seiungi, cum causa sit dationis pecuniæ, vt in l. si plagij. ff. de ver. oblig. vbi Papin. inquit, *si plagij faciēdi vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet.* facit tex. in l. si gratuitā in §. fin. ff. de prescriptis. verb. denique si turpiter facit, cum sit meretrix, turpiter facit exereendo meretricium, alioquin dicemus turpiter facit quis, si paratus sit dare ad vsuram, at cum exereat vsuras publice non turpiter facit recipiendo vltra sortem, & turpiter quis homicidium perpetratur, sed non turpiter sui turpis laboris mercedem accipit, vt in meretrice, quod sane ridiculum est, igitur deffendi nō potest, vt causa turpis sit, & acceptio

ob eam causam non sit turpis, neq; enim fieri natura potest, vt effectus separetur à causa, vid. que diximus in cap. 11. in nu. 3. cum sequent. in l. 1. harum interpret. & lib. 7. infra, in cap. 4. num. 8.

Sed Vlpianus non actionem meretrici, sed retentionem concedit, vt mirandum sit aliquos ex theologis, & ex nostris canonistis, etiam meretrici actionem concedere, vt harum turpitudinum iudicia exerceantur, nam que actio dabitur ex promissione ob turpem causam? Rursus si actio detur, nonne Vlpianus hoc dixisset, qui dubitationem de retentione remouit, vana esset dubitatio de exceptione, si actionem cōpetere verum esset, vt in l. inuitum in §. cui damus. de reg. iur.

Rursus ridiculum est quod ipsi disputant de veditibilitate materie in meretrice vt refer D. Episcopus Segobi. in reg. peccatū, in 2. part. relectio in §. 2. in 1. col. & sequent. quid enim attinet de vendibilitate tractare? quælibet enim causa vel conditio, quæ turpis non sit, in contractum deduci potest sine vendibilitatis inepta ratione, si rex Parthorum viuit, centum promitto, quæ vendibilitas in vita Parthorum Regis vt omnes contractus inepte ad vendibilem materiam referantur.

Sed his omisis ad Vlpianum redeamus cuius ratio (vt dixi.) placere non potest, sed ea ratione meretrici pecunia, data non repetitur, quæ antiquis iuricosultis placuit, quod vtriusq; turpitudine versetur, & dantis & accipientis, quæ contraria est Vlpiani sententiæ, qui voluit non

turpiter accipere meretricem, vel noua nostra ratione, quod licet turpitudine in accipiente versetur, versatur tamen ea turpitudine, quæ legibus permixta est, ideoque permixto meretricio necesse est, ut meretrici acceptio non prohibeatur, alioquin meretricium prohiberetur, ut ex vi verbi apparet, sed non propterea ut diximus meretrici actio dabitur, lex enim conuenit non fauet his turpitudinibus, facit tex. notabil. in l. illud ff. de manu. vindict. quia nemo de improbitate sua consequitur actionem ut in l. itaq; fullo in §. i. ff. de furt. & ita permittitur ut meretrix accipiat, caueatq; sibi dum meretrix est, non deludatur, sed de lupanari ad iudicis tribunal hæc spurcitie non sunt auocandæ; nam neq; Martiali hæc placeant, qui in quodam epigrammate inquit, *a Chione saltem, vel a Laide disce pudorem, abscondunt spurcas hæc munimenta lupas.* deniq; hoc interest inter pecuniam datam meretrici ob fornicationem, & datam alij foeminae ob stuprum, quæ huic ob turpem causam prohibita datur, ut probatur supra in ista. in principio, illi vero ob turpitudinem permissam, & hæc est vera ratio differentiae inter hanc, & illam turpem causam, ut in hac multo minus detur repetitio, quis enim negare poterit ob turpem causam accipere meretricem?

**SVM MARI V M E X**  
CAPIT. sequenti

1. Notatur distinctio Vlpiani, & probatur opinio Cuij in §. in nu. 3.

2. *Iactare res ex naui ne periclitetur actus ne voluntarius iudicetur.*

C A P. IX. De interpretatione l. falsus in §. si iactum ex nau. ff. de fur.

**Q**um iam Vlpianum reprehendere auli non immeritum fuerimus, licet eius ingenium fuerit mirabile, sicut ipse prætorum reprehendit in l. §. in principio ff. de re iudica. iterum idem retabimus, nam idem Vlpianus in l. falsus in §. si iactum ex nau. ff. de furtis ita non recte sane inquit, *si iactum ex nau. factum aliustulerit an furti, teneatur? questio in eo est a pro delicto habitu sit, et si quidem dereliquentis animo iactauit, quod plerumque credendum est, cum sciat periturum: qui inuenit suum fecit, neq; furti tenetur, si vero non hoc animo, sed hoc ut si saluum fuerit haberet, ei qui inuenit auferendum est, & si scit hoc qui inuenit, & animo furandi tenet, furti tenetur, enimvero si hoc animo ut saluum faceret domino, furti non tenebitur, quod si putas simpliciter iactatum furti similiter non tenetur.* in hoc responso Vlpiani duo sunt, quæ animum commouere videntur. Primum hæc distinctio quo animo in nauis periculo quis iactet bona per mare pauperie fugiens mercator, vel quilibet alius earum rerum dominus, nescio cui possit probari, animus enim eius hic euidens est, ut minori iactura nau-

nafragium vitet, nam ideo dereliquentis animo iactauit, quia putauit conseruare non posse, animus enim conseruandi euidens est, cum eas res posuerit in nauem, si enim per derelicto eas habere voluisset, non eas in nauem induxisset, nec eas nauem onerasset rursus esto quod eas perdendi animo iactet, & quod actus ille iactus potius voluntarius indicetur, nam quæ per se sunt non voluntaria, per occasionem vero expectanda, potius accedunt ad voluntariorum naturam secundum Aristotelem ethico. lib. 3. tamen ut idem inquit, *omnino voluntate sua nemo iacit, salutis autem suæ ac ceterorum causa omnes, qui quidem sanamente sint.* & de hoc constat specialius, quia ante periculi timorem eas non proiecit, ideoque voluntas illa non adeo perfecta est, ut ad amittendum rerum suarum dominium, si conseruatur sufficiat, hoc euidensissimè apparet ex multis, quæ deduximus in istis nostris interpretationibus in lib. 2. in cap. 11. vbi plura non vulgaria scripsimus, quæ probant voluntatem, quæ ex causa non omnino libera oritur, non sufficere ut actus ita gestus nobis damnum inferat, quod in specie proposita maiori ratione concludunt, quod nulla vis nullius metus, qui in constantem virum cadere possit, cum maris aduersa fortuna valeat comparari, quem mortis [inquit ille] *timuit gradum? qui sicis oculis monstra natantia, qui vidit mare turgidum, & in fames scopulos Acroce raunia? & qui neque timuit præceptum Africum decertantem aquiloni*

*bus, nec tristis Hyadas neque rabiem noti.* nec me mouerit quod vis illa ab vndis, non ab hominibus infertur, nam qui iactat vndis ipsis, a quibus infertur vis non alij donat, multo minus obstat tex. in c. sicu t extra de regularib. ibi enim res donatur non iactatur, quod non est eiusdem rationis, ideo Vlpiani sententia placere non potest, meliusq; Iustinianus ex Caio in §. pe. & si. insti. de rerum diuisione inquit, *pro derelicto autem habetur, quod dominus eam mente abiicerit, ut id numero rerum suarum esse nollit, ideoque statim dominus esse desinit, alia sane causa est earum rerum, quæ in tempestate leuanda nauis causa ei iunguntur, hæc enim dominorum permanent, quia palam est eas non eo animo ei, quod quis eas habere nollit, sed quo magis cum ipsa nauis periculo effugiat, quæ de causa si qui eas fluctibus expulsa, vel etiam in ipso mari nauis lucrandi animo abstulerit, furtum committit, neque longe videtur discedere ab his, quæ de Rheda currente non intelligentibus dominis cadunt.* ecce rex. elegantem, in quo ostendit ut quo ad iuris effectum atinet, iactus inter in voluntarios actus connumeretur, facit tex. in l. qua ratione in §. si. ff. de acquir. rer. dominio. & illam comparisonem facit Iulianus in l. qui leuand. ff. ad l. Rhod. de iact. & contra Vlpianum sentire etiam videtur Paulus in l. 2. in §. si. eod. tit. & Tabolenus in l. interdum in §. quod ex naufragio. ff. de acquir. possess. & licet glos. ibidem, & in ista l. si falsus in §. si iactum, quas alij sequuntur

velint defendere Vlpianū quando ex modo iactandi apparet, rem perditam voluisse, vt si librum apertū projicit, tamen non potest defendi Vlpianus, primo, quia ipse regulam constituit, vt plerunq; credendus sit derelinquentis animo iactasse, ideo defensio non est bona, cum ab alijs constituitur regula cōtraria, 2. quia non magis credere debet librum clausum in mare saluū fore, quam apertū, 3. quia in illa trepidatione mortis nihil consulto fecisse videbitur, sed casu. 4. quia librum apertum, vel granū sine sacco quomodo potuit alius tollere & salua facere, ideo ineptum esset credere pro his Lucianicis euentibus, quā nunquā cōtingent, regulam cōstituisse Vlpianū, arg. in l. nam ad ea. ff. de legib. verius itaque est responsum Vlpia. nulla ratione posse defendi. maxime quia, vt inquit Simpli. in enchiridi. epictet. & Deus, & recte cōstitutæ leges, prudentesq; homines, tam bonas, quā malas hominum actiones non operibus, sed voluntate, ac electione metiuntur, quæ autem poterit esse electio proposita hac necessitate, licet enim fuerit electio in iactando, non tamen in modo potuit esse.

**S V M M A R I V M**  
ex capite sequenti

1. *Utrum possit quis retinere rem repertam.*
2. *Intellect. auth. omnis peregrini C. comu. de successio. & infra n. 4.*
3. *Opi. domin. de foro defenditur.*
4. *Iterum de intellectu dict. auth.*
5. *Utrum res d. p. data vsu capi possint*

**C A P. X.** de rebus deperditis vtrū possit quis sibi ea retinere, an vero debeant pauperibus restitui de intellectu. l. falsus in §. qui alienum. ff. de furt.

Cum de rebus voluntate dominorum in mare ob periculum proiectis, diximus, consequens est vt de rebus vel naufragio, vel alias inuitis omnino dominis amissis, vel eis ignoratibus deperditis videamus, maxime cū de vtriusq; Vlpianus in dict. l. falsus diseruerit, nam in §. qui alienum, ita scribit, *qui alienū quid iacens lucri facienda causa sustulit, furti obstringitur siue scit cuius sit, siue ignorauit, nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius sit ignoret, quod si dominus id dereliquit, furtum non fit eius, etiam si ego furandi animo habuero, neq; enim furtū fit, nisi sit cui fiat, in proposito autem nulli fit, quippe cū placeat Sabini, & Cassij sententia ex estimantium statim nostræ esse desinere rem, quā derelinquimus, sed si non fuit derelictum, putauit tamē derelictum, furti non tenetur, sed si neq; fuit neq; putauit, iacens tamen tulit, non ut licretur, sed rediturus ei cuius fuit, non tenetur furti. proinde videamus si nescit cuius esset, sic tamen tulit quasi redditurus ei, qui desiderasset, vel qui ostendisset rem suam, an furti obligetur, & non puto obligari eum. Solent pleriq; etiā hoc facere, vt libellum proponant continentē inuenisse & redditurum ei, qui desiderauit*

*rit. hi ergo ostendunt non furandi animo fecisse, quid ergo si eureka, quæ greci mi nitra dicunt, petat & ne hic videtur furtum facere, et si non probe petat aliquid. licet Vlpian. ones fere casus de rebus pditis expresse rit, vnum tamen omisit, qui non semel solet contingere, scilicet quādo dominus rei deperditæ diligentia inquisitione nō reperitur, vtrū is, qui illā re reperit, sibi possit retinere, & tēpore Vlpiani, & iure antiquo civili, licet doctores nostri non explicēt, non videtur res esse indifficili, cū res alienas nulli nisi dominoneatuer quis restituere, & sufficit rem non esse peritoris, vt reus absoluendus sit, vt in l. fi. C. de rei uendicatio. res alienas possidens, licet iustam tenendi causā non habeat, nisi suam intentionē implenti restituere cogitur, at hic de quo proposita est questio iustā causā habere videtur, dū q. rert dominū rei, quā possidet, deniq; nulli interim restituere tenetur, sed de iure nouo etiā in exteriori foro pauperibus tales res esse restituēdas videtur expressū in authent. ones peregrini C. comu. de successio. inquit enim, omnes peregrini, & aduene libere hospitetur, vbi voluerint, & hospitari si testari voluerint de rebus suis liberam ordinandi habeat facultatē, quorum ordinatio in concussa seruetur, si vero in testatidece serint, ad hospite nihil pueniat sed bona ipsorū p manus episcopi loci, si sicripote st, here dibus radatur vel in pias causas erogentur. Ecce q; vbi nō possunt domino, res restitui sūt pauperibus distribuendæ, nā hæ res p domino summitur vt in §. pe. in l. de hered. qualitat. & differēt.*

q; maxime in foro cōsciētie nostri doctores probant, vt non inuēto vero domino rei deperditæ sit pauperibus vel alicui pio operi restituēda, & ita est communis opinio, vt appare, tex his quæ recētiore referunt, Fel. in c. cum dilecti in nu. 7. extra de acusatōib. late per Chafan. in consuetudin. burgund. in rubr. r. in §. 12. & 13.

Hæc tamen sentētia placere non potest, cum nulla sit ratio, vel lex quæ hoc probetur, nam ad dict. authent. infra respondebimus. imo potius ratione euidēt, & vulgata, ostēditur esse falsam, quia si ratione naturali id, quod in nullius bonis est, occupātis sit, neque alicui sit restituēdū, vt in §. fere in l. de rer. diuisio. simili ratione dicemus de his rebus, quæ in cuius bonis sint apparere non potest, paria enim hæc sūt, & eiusdem rationis vt in l. in leg. vbi hoc recte explicat Labolenus ff. de contrahen. emptio. facit tex. in l. ruptilia polla. cod. tit. & tex. in c. prudētia extra d. offic. delega. & tex. in l. duo sunt Titij. ff. d. testamē. tutel. & in §. vulgo questos d. successio. cogna. optimus tex. in l. r. in §. caput autē ibi apparere incipit. ff. de aqu. cotid. & estiu. multa ponit Tiraq. in tract. de vtro q; in r. parte in §. r. in glo. 10. in n. 19 et illā opinionē quæ sepe tenui, etiā antequā in eū inciderim, reperire tenere R. P. Domi. d. Sor. in lib. 5. d. iustit. & iur. in q. 3. in arti. 3. vbi responderet ad textus, qui vulgo p cōtraria parte solēt allegari. f. c. siquid inuenisti, & nō reddidisti rapuisti. 14. q. 5. & c. multi eod. tit. loquuntur enim in his speciebus, quibus Vlpianus hic loquitur, vel quādo domino redde re nō vult, vel lucri faciēdi causa dominū nō perquirat, nō autē loquitur,

Vi. quedi  
ximus in  
1. cū quidā  
la magna  
delega. 2.  
num. 2 3.

quādo post factā diligētē inquisitionē dominus nūquā cōparet, & c. cū tu extra de vsur. cū alijs quæ allegantur loquitur de his, quæ sūt male acquilita, illa enim etiā si dominus nō reperiatur vel ille, cui debetur, nunquā poterunt retineri, sed pauperibus sūt restituēda, si dominus inueniri nō potest, & in hac specie loquitur. S. Tho. 22. q. 62. in artic. 5. ver. si. ad tertium, & ita eū intelligit Caieta. licet inferat ad opi. cōtrariā nostrā; et Dominici de Sot. hæc autē quæ reperiuntur, sine delicto capiuntur, non enim peccat quis si re deperditā colligat, vt domino restituat, imo charitatis opus exercet, ne in manus alterius deueniat, qui forte non eadē intentione recipiet, nec in ista materia obseruādū erit quod de thesauri inuentione est constitutum, id enim ad re de qua agimus non pertinet, itē id etiā quod de iumentis, vel animalibus quæ galli vocāt espauēs, nos vero mō strēcos, est constitutum extra casus illos in hoc decisos non est trahēdū, et ita responsū est his quæ ob stare videtur. Solū supe est vt ad tex. in dict. authent. omnes peregrini, respondeamus, cui primo dicere possumus, quod sūma cū ratione statutū est, vt bona peregrini hæredibus restituātur, si fieri possit, alioqui pauperibus ne occasio detur violādi iura hospitalitatis, vel testamenti factionē impediendo, quod facile hospes facere posset, si sibi bona illius possit vindicare, ideo infauorē peregrinorū hoc ius statutū est, non autē regula ex hoc speciali casu est constituēda, vel possumus secundo melius respondere, quod ideo in dicta authent. hospes non potest sibi bona retinere, quod in nullius bonis esse reperiatur, quia hoc iure com-

muni est constitutum, vt de cedētū bona ab intestato deficientibus con sanguineis, fisco adiudicētur; & hæc bona vacantia dicuntur, vt in l. i. ff. de iure fisci, & in l. i. C. de bon. vacāti. lib. 10. non ergo dict. authent. omnes peregrini. aliquid priuatis admittit, sed quæ alias fisco debebantur, pauperibus distribui iubet, deniq; de vniuersali successione, dict. authent. disponit, non de singularibus rebus, quarum dominus nunquā apparet, si enim compareat quocūq; tempore res sibi deperditā est restituenda nulla obstante prescriptione, vt in dict. l. interdum, in §. quod ex naufragio vbi tex. inquit quod ex naufragio expulsus est vsu capi non potest, quoniam non est in derelicto, sed indeperdito, deperditum ergo vsu capi non potest, sed an id verū sit simpliciter, an vero dum ab inuentore possidetur? ego puto quod si inuentor facta diligentia de inueniēdo domino rem, vt suam vendiderit emptor bonæ fidei vsu capere poterit, quia & titulus, & bona fides interuenit, i deo postea aduenienti domino restituere non tenebitur, sed an vendens pretium restituere teneatur vid. nota in l. si me & Titium, ff. si cert. petat. si vero non fiat diligētia cum furtiua res censeatur vt in ista lege vsu capi non poterit vt in §. furtiuę insti. de rer. diuisio. & hæc est vera resolutio. vltimo nota quod si nullam impēsam fecit repertor non potuit curetrā, quod nos allazgo apellamus exigere vt hic est expressum, & notat Bar. & refert Felii. in dict. cap. cum dilecti.

SVMMARIUM EX  
capite sequenti

Error

1 Error Alciati circa interpretationē huius legis.

2 meliore est intellectus hugo. et accursij. C. 11. De intellectu l. 3. in §. si emancipatus de bono. possessio. contra tabul. contra Alcia.

IN l. 2. in §. si emancipatus ff. de bono possessio. contra tabul. ita inquit Vlpianus.

Si emancipatus filius uxore nō voluta te patris ducta, filiu fuerit sortitus, de inde nepos patre mortuo ad bonorum possessione aui velut venire, admittēdas est. nō enim per recissionē is, qui filius iustus est, efficitur nō filius, cu recissio quo magis admittatur, nō quo minus adhibeatur. Quid ibidē recissio significet, qualis ve ea recissio fuerit questionis est, nā quod Alciatus in libro. 4. par erg. iur. in c. 22. de recissione emancipationis vult interpretari nullū sensū habet, recissio enim emancipationis efficit vt is, qui emancipatus est in patriā redeat potestare, sed hic nec filius mortuus potest in potestare recidere, neq; nepos ex patre emancipato procreatus, cū sui iuris remaneat, vt in §. si. institut. de quib. mod. ius. patr. potest. soluit. & in l. si emancipatus in principio ff. de bono. possessio. cōtra tabul. deterior est igitur hæc Alciati interpretatio, quā interpretatio Hugo. et Accursij, quos ipse Alciatus reprehēdit, neq; enim deterior potest inueniri, quā ea, quæ nullū sensū habet, quid igitur decemus? ego existimo de recissione matrimonij Vlpianū intellexisse, causa enim quare videbatur nepos repellendus, erat proter patris matrimonij inuito auctō cōtractū, id eo si dissolutū diuortio foret, videtur quasi patris iniuria purgata, & ita si recissio matrimonij, quæ per diuor-

tiū feret nō efficeret quin iustus filius, nō filius efficiatur cū cōtēplatione aui fiat, magis hæc recissio efficit, vt admittatur cū ob hoc adhibeatur vt aui animus sedetur recissione matrimonij, nō ex animi sui sentētia cōtracti, idē ergo si morte matrimonij rescindatur, deniq; dissolutio matrimonij potius potest nepoti, quā obesse debet. potest etiā interpretatio Accursij defendi, vt recissio ad aui testamentum referatur, si nō ge filium per bonorum possessionē cōtra tabulas patris rescindisse testamentum, moritur filius nepos ad aui hæreditatē aspirare vult patris forte hæreditatē dimissa, videtur quod nō possit, quia si patris hæreditatē non agnoscit, nō videtur vti posse pater na recissione. potest tamē quia recissio magis efficit, vt admittatur cum ad id adhibita sit, vt locus fieret successioni ab intestato, vel per successorium ædictum nepoti potest concedi bonorum possessio, quia successorium ædictum in bonorū possessione contra tabulas locum habet, vt diximus contra Emanuel. de Acoft. supra in libro. 4. in titulo de liber. & posthum. in l. si quis posthumos vide tex. in l. qui se patris & ibi doctores. C. vnde liber.

¶ SVM Marium ex cap. sequent.

1 Dura videtur hæc Vlpiani sentētia.

2 Pauli responsū videtur huic cōtrariū

3 Consensu plurium dominorū potest seruitus constitui.

4 Vfus fructus, est seruitus diuidua.

5 Litera tex. secundū Conanum.

6 Alia litera secundum Pinelum, quæ non est vera.

C. 12. De interpretatione legis sed & si quid in a discauerit in §. si. ff. de vsu fruct.

D 4 Vt alio.

**W**T aliorū ingenia exerceamus leges difficiles Vlpiani interpretari superius adorti sumus, ideo alias nō minus duras, & ab eius ingenio dissimiles aferamus & Vlpianus in l. sed & si quid in adificauerit in §. si. ff. d. vfu fructu. rē difficile, & absurda cōstituere videtur, cū respondeat proprietaris dominū neq; consentiente fructuario seruitutē imponere posse, inquit enim, *sed enā, seruitutes imponere fudo potest proprietarius, nec amittere seruitutē, & Paulo post, proprietatis autē dominus, ne cōsentiente quidē fructuario seruitutem imponere potest.* Quid absurdius dici potest, quā seruitutē nō posse imponere proprietatis dominū consentiente vsufructuario? Quid cōtra regulas iuris dici potest ex presius? Nā domino conceditur seruitutē imponere vt in l. r. infi. ff. d. cōmu. prēdio. quare id nō potest dominus cui vsus fructus abest, vt in l. recte dicimus de verbo. significatio. ff. quod si fructuarij damnū cōsiderari potest eo cōsentiente cessat: itē si dominus plene hoc potest, quare & diuisso iure apud duos id vterq; nō poterit? Id enim ex regula iuris euincitur, quē ponitur in l. singularia. ff. si cert. petat. nā & in hac materia idē videmus vt duo domini cōstituere seruitutē possint, licet vnus solus, nisi aliorū accedat cōsensus nō possit, vt in l. si. infra cōmu. prēdio. rursus cū est quis dominus partis fundi p̄ diuisso & vsus fructus, & pprietatis pars est apud focium accedente consensu illius seruitus rectē videtur constituta, multo ergo magis idē erit, si nō pprietatis pars & vsus fructus sit apud aliū, sed

alterū tātū, nā idē iuris foret si medietas vsus fructus apud aliū esset qd esse post, vt in l. si alij fundum. ff. de vfu fructu. legat. nam vsus fructus seruitus diuidua est, vt in l. vsus pars ff. de vsu & habitatio. & per tot titulum de vsu fructu. accrescend. & expresse in, l. vsus fructus, & ab initio p̄ parte diuisa cōstitui ff. de vsu fructu, quare ergo cōsentientibus his, ad quos solos ea res pertinet, nō poterit seruitus cōstitui? rursus si cōsensus vsus fructuarij nō potest id efficere, vt seruitus cōstituatur a pprietatis domino, quare Paulus id admittit si ex eo deterior vsus fructuarij conditio nō fiat in l. sequēti quē incipit, nisi p̄ quā? quid enim efficit utilitas, vel damnum si is, ad quem ea res pertinet cōsentiat? nā ex volūtate utilitas cōsiderari solet, vel saltem est p̄nēda est, vt in l. quia poterat ff. ad senat. cōsūl. Treblli. & in materia seruitutis hoc existimat Labeo in l. ei fundo. ff. de seruitutib. vbi inquit, *Ei fundo quē quis vendit, seruitutē imponi, et si nō sit utilis posse existimo, veluti si aquā alicui ducere nō expediret, nihilominus cōstitui ea seruitus possit.* Neq; enim hęc subtilitates admitti debēt, vt in l. sicut in §. si d̄bitori ff. quibus mod. pignus vel hypo. soluitur, huic difficultati intellectus glos, & doctorū in dicta l. sed & si quid non fatiffa ciūt cū diuinet, neq; rationē habeāt, Connanus in commēt. iuris ciuil. in lib. 4. in. c. 3. in. n. 3. sentiens istam difficultatem nititur aliter explicare illū tex. vt scilicet illa verba ne cōsentiente assumantur, id est non consentiente vt velit tex. inuito vsufructuario posse seruitutē imponere pprietariū, qd intelligit Paulus in l. sequē. quādo p̄ eā fructuarij cōditio nō fiat dete-

deterior, inquit enim, *nisi per quem deterior fructuarij conditio nō fiat.* Denique solum consensus requiratur fructuarij, vbi deterior eius fiet conditio, sed hic intellectus habet maximam difficultatem, quia in eodem tex. poneret Vlpianus duas regulas cōtrarias, imo ridiculas. Primam vt simpliciter non possit proprietarius seruitutem imponere. Secundam, vt possit etiam non consentiente vsufructuario, rursus in l. locum posse fauore religionis volente fructuario locum facere religiosum, ita vt non sufficiat voluntas fructuarij, nisi religionis causa accedat, & ipse Connanus mutat literam, litera enim quæ vulgo habetur ita se habet, *locum autem religiosum facere potest consentiente vsu fructuario, & hoc est, verum fauore religionis, sed interdum & solus proprietatis dominus locum religiosum facere potest, sive enim cum testatorem inferre cum non esset vbi tam oportune sepeliretur.* Ex quo apparet, quod consensus sufficit vbi fauor religionis concurrat, & aduersatiua autem ostendit contrarium in p̄cedenti casu dispositum, ideo Connanus aliter legit literā, vt tex. ita dicat, *Sed fauore religionis interdum, ita vt dictio sed mutetur, & hęc litera applauderē videtur, & omnia bene habere, si p̄dicta contrarietas Vlpiani posset exculari, nam consensum fructuarij in faciendo, locum religiosum frustra requiretur, licet in constituenda seruitutē requiretur, quia efficiendo religiosum cessat vsus fructus in ea parte, cum desinat esse in*

conmercio nostro, vt in l. 2. C. de religio. & sumpt. fune. sed ager ipse monumento coherens, nō efficitur religiosus, vt in l. locum in eod. tit. ideo in eo vsus fructus non extinguetur, & idem iuris est fructuarij, & habentis seruitutem, vt consensus eorum exigatur, vt in l. 2. in §. si vsufructum cum §. sequenti. ff. de religio. & sumptib. fune. & ita interpretatio Conna. defendendi poterit, licet durum sit duas regulas cōtrarias constituisse Vlpian. sed minus hoc inconuenit, quā glos. & doctorum sequi interpretationes, Pinel. autem in l. 1. in 2. parte in nu. 74. C. de bon. mater. addit aliam negationem tex. Vlpiani; vt dicat tex. ne consentiente quidem fructuario seruitutē imponere nō potest vt dictio ne pro nō sumatur, vt vult Connanus, sed addatur alia negatio, sed melius est Connani intellectus, quia si liberū esset addere negationē, nihil certum in iure esset constitutū, itē esset repetere idē qd prius dixerat, verū est quod Vlpianus in d. l. 2. ind. §. si vsufructu. locū religiosū effici posse cōsentiente vsu fructuario magis esse asserit, quasi cōsensus ipse de se si causa nō eocurreret religionis nō sufficeret, cō rē dubiā, & quæ rationē specialē requirat denotet, & magis id esse dicat, cū tamē cōsensus illius, ad quē res ea pertinet semper soleat sufficere, sed non est adeo dura interpretatio, vt id quod ibi magis esse dicitur iuris cōmunis habeatur, quā dura est doctorum nostrorum interpretatio, ideo Connana in hac re assentior.

¶ S V Mmariū ex cap. sequē. ✱



- 1 *Facultas testandi an & quando firmet antea factū testamētum*
- 2 *Quid in milite, quid in Pagano.*
- 3 *In legatis facilius inducitur confirmatio, quā in institutionibus. & infra num. 4.*
- 4 *Haec lex deberet emendari.*

CAP. XIII. De facultate Regia ad constituendam primogenituram. & l. Regia.

**Q**UAM de legis iuris communis multa scripserimus, nō ab re erit aliqua circa leges nostri regni delibare, & in primis occurrit nobis quod in legibus Taurinis statutū est, vt facultas Regia instituendi maioratū precedere debeat maioratus institutionē, alioquin si quis maioratū ordinauerit, posteaquā facultatem instituendi maioratum à Rege obtinuerit, nōn prodest illa facultas, nisi in ea expressē iam cōstitutus maioratus approbetur, quod difficile esse videtur, nam si eundem post facultatē obtentam instituere potest maioratū, quare non cōprobabitur factus superuiente facultate, eadē permanente voluntate? vt in l. obseruare, in §. fin. ff. de officio proconsul. & legat. & videtur expressū in l. siue emancipatis, C. de donatio. & facit etiā in fortioribus terminis tex. in l. cum vir. ff. de vsu capi. neq; me mouerit quod iure cōmuni testamētū inutiliter factum quod intestabilis quis sit, non confirmatur etiā adueniente testandi potestate, vt in l. si filius famil. ff. de testamē. vbi Modestinus ait, *Si filius familias, aut pupillus, aut seruus tabulas testamenti*

*fecerit, signauerit: secundū eas bonorū possessio dari non potest, licet filius familias sui iuris, aut pupillus pubes, aut seruus liber factus decesserit, quia nulle sunt tabulae testamenti quas is fecit, qui testamenti faciendi facultatē non habuerit: hoc enim in maioratu verū non erit. Primo quia maioratus ab initio sine regis facultate valuit, in parte saltim quatenus legitimā liberorū nō lædat, vel in totū, si filij id probauerint, rectūq; habuerint, vt. ff. de iniusto rupto. in l. filio præterito, & de bono possessi. cōtra tabul. in l. nō putauit, in §. si quis sua manu, & C. de inoffi. testamen. in l. si quando in §. et generali ter, sufficit autē vt ab initio in parte valuerit, vt accedente in toto potestate confirmetur, in l. quod in rerū, in §. si quis post, de leg. i. itē vbi de factus non est in disponente, sed in re, quia disponit de re aliena, quocūque tēpore potestas disponendi superueniat viuēte testatore, sufficit, vt in d. l. qd. in rerū in fi. principij. Rursus omnia supradicta in hæredis institutione procedūt tantū vt distinguatur si ab initio fuit nullū, vt potestate superuienti non valideret, etiam voluntate noua, si ea nuda sit, & non solemnis, nisi in milite, si vero valuit à principio, & postea nullū efficiatur nuda voluntate superuēiente potestate cōfirmetur, etiā in Pagano, vt pbatur. ff. de bon. possess. secū. tabul. in l. qui ex liberis in §. testamēto, vbi Papinia. *Testamēto facto Titius ad rogandū se præbuit, ac postea sui iuris effectus vita decepsit, scriptus hæres si possessionem petat, exceptione doli mali**

*submouebitur, quia dando se adrogā dum testator cū capite fortunas quoq; suas in familiam, & domum alienā transferat, planē si sui iuris effectus, codicillis, aut alijs literis eodem testamento se mori velle declarauerit, voluntas quæ defecerat, iudicio recte redisse intelligitur, non secus ac si quis aliud testamentum fecisset, ac superemas tabulas incidisset, vt priores supremas relinqueret, nec putauerit quisquam nuda voluntate constitui testamentum, non enim de vitē stamenti maxime queritur, sed de viribus exceptionis, quæ in hoc iudicio quamquam actori opponatur, ex persona tamen eius a qui opponit, statur, & quod de milite indubitabile dicit Vlpianus, quia id potest nuda voluntate efficere in l. si quis filio ex hereditate in §. irritum. ff. de iniusto rupto, tamen & in pagano verum erit vbi ab initio valuit testamentum, quod postea irritum fit, vt valideret superuēiente nuda voluntate, videamus Vlpiani verba, quia infra opus erit eis vt, dixerat prius irritū fieri testamentum, si testator poenē seruus efficiatur, militi autem ex militari crimine damnato permitti solere vt testetur, scilicet à principe, & ex iure militari ex priuilegio ei tanquā militi concessio testabitur, subiungit Vlpianus, *qua ratione igitur dato testari permittitur, nuquid, et si quod ante habuit factum testamentum si ei permittitur sit testari valeat? an vero poena irritum factū rescindendum est? & si militari iure**

*ei testandum sit, dubitare non oportet, quia si voluerit id facere, fecisse id credatur.*

3 Denique omnes hæc quæstiones, & controuersæ in institutionibus eadere possunt, quæ ex supradictis resoluntur. In fideicommissis autē & legatis non idem iuris est, cū & si ab initio ex defectu potestatis irrita sint, ea superuēiente validatur, quia licet institutio hæredis nō nuda voluntate confici, vel destrui posset, legata tamen & fideicommissa possunt, vt in l. ex parte. ff. de adimend. lega. & ita in specie nostra distinguit Vlpianus in l. i. in §. i. ff. de lega. 3. cuius verba sunt, *Sed si filius familias, vel seruus fideicommissum relinquerit, non valet, si tamen manumissi discessisse proponatur constanter dicemus fideicommissum relictum videri, quasi nunc datum, cum mors ei contingit, videlicet si durauerit voluntas post manumissionem. Haec utique nemo creditur testamentis nos esse probaturos, quia nihil in testamento valet quoties ipsum testamentum non valet, sed si alias fideicommissum quis reliquerit, in fideicommissis, ergo sufficit, vt superueniat disponendi potestas, si in eadem voluntate permaneat, in qua semper permansisse creditur, nisi aliud ostendatur, vt in l. obseruare, in fi. ff. de officio proconsul. & legat. ideoq; & iure & ratione maioratus constitutus superuēiente facultate regia ad constituendū maioratū videretur confirmatus, cum fideicommissū sit, quod si quis existimet hæc, quæ nos constituimus respectu ipsius qui disponit, vera esse,*

at quoad principem facultatem cōcedentem contra esse, qui deceptus videtur, si prius facto maioratu de futuro conficiendo facultas obtineatur, quod Vulpianus videtur sentire, ut reficiendum illud testamentum fuerit, quod in milite nuda voluntate refectum videtur, sed verius puto Vlpianum nihil voluisse decerpere, cum in specie sua sufficeret militem esse, cum voluntas per manendi in priori testamento refectiois vim obtineat: tamen & in pagano sufficere illam principis cōcessionem sine noua refectioe, verius est ex his, quæ Bal. & alij quos refert Alexander in consil. 146. in lib. 5. & quæ Ias. in l. quo minus ff. de flumini. in col. 21. in num. 127. & Hippoli. de marfil. in rub. de fide iusso. in num. 82. cum sequen. & in prati. crimina. in §. secundo in num. 49. cum sequentib. & quæ D. Ludou. moli. in trata. de Hispano. primogen. lib. 4. in c. 5. num. 33. cū sequenti, qd est expressum in dicto §. irritum, in his quæ nuda voluntate possunt constitui, & fac. quæ nos diximus in libell. de reddi. ecclesiasti. in. 1. parte in c. tertio. num. 5. & 6. quæ ex supra dictis debent interpretationem recipere, quid enim princeps curat, ut de nouo reficiatur, vel non? cum ea quæ superflua sunt, ut & aliæ formulæ negligantur passim, ut in l. vni C. de formu. subl. in l. 2. C. commu. de lega. faciunt quæ diximus in l. 1. de liber. & posthum. & subreptio, quæ iure communi mouere principem non debeat leuis est, & non vitiat, ut est vulgare, maxime quia refectio cū sumus extra hæredis institui,

nuda voluntate constituatur, sicut in milite ipsa institutio, adeo ut nuda voluntas refectiois vicē obtineat, in his quæ nuda voluntate constituuntur, ideo dicta l. Tauri, à regulis omnibus iuris exorbitat, ut si regijs consiliarijs placeret, esset abrogada, interim tamen cauere debent omnes qui maioratus velint constituere, ut illam obseruent.

**S V M M A R I V M,**  
Ex Capite. Sequenti.

1 *Durissima est hæc lex & contra omnis iuris regulas.*

**C A P. XIII. De alia lege eiusdem copilationis.**

**N**on minus duriuscula alia lex eiusdem copilationis, mihi videtur, quæ maioratum non reuocari posse constituit si ex titulo oneroso fuerit ordinatum, nisi ipsa ordinatione fuerit reseruatum, ut possit reuocari, vel in principis facultate id concedatur, ut factum reuocari possit, quia tunc reuocari poterit, etiam si ex causa onerosa fuerit institutum, quod vltimum durissimum est, & contra notissimas iuris regulas, cū ius passiuum (ut inquit Bal.) non possit esse potestatiuum, frustra enim constituitur obligatio, quæ in debitoris esset potestate, cum non ligatus sed solutus sit, qui sola sua voluntate libera & mutabili tenetur, nam obligatio est iuris vinculum, quo iuris necessitate astringimur, si non astringimur non est obligatio sub hac conditione si, volū nul-

*nulla sit obligatio* (inquit Pomponius) *Pro non dicto enim est, quod dari nisi velis cogi non possis*, ut in l. si sub hac ff. de actioni. & obligatio. multa nos de hac re superioribus harum selectarum interpretationū libris diximus, in lib. 2. & in interpretatione legis si filius hæres. de liber. & posthum. in questione ibi disputata, nec enim in arbitrio debitoris potest esse an debeat, ut in l. 3. in §. sequola ff. de eo quod certo loco. Præterea facultas Principis reuocandi quoties velit maioratum eo pertinet, ut ita voluntas libera sit, sicut iure communi solet esse, idque ex l. omnium C. de testamento. ortū habuit, neque opus fuit id ad iocere, *voluntates enim hominum* (Inquit imperator) *audire volumus non iubere: ne post sententiam nostram in hi bitis videatur commutationis arbitrium, cum hoc ipsum quod per supplicationem nostris auribus intimatur, vltimum firmum sit, si vltimum comprobetur, nec contra iudicium suum defertus postea venisse debeat.*

Denique potestas reuocandi intelligi debet, nisi ius alteri questitum sit ex titulo lucratiuo re tradita iuxta eandem legem, quæ hoc optime addit iuri communi, vel ex titulo oneroso, quia contrahens videtur ab hac facultate discessisse, cū ut dictū est frustra aliter fieret contractus, si voluntate sua semper pederet, ideo hæc vltima legis limitatio dura est, & quæ deberet ab eisdem regijs consiliarijs proponi Regi nostro, ut reuocetur, neque me mouerit aliud esse contractum si debitor velit, aliud si nollit, ut latius deduximus in di-

cto libro. 2. selectar. interpretatio num in c. 6. quia id potest considerari, quando partes ita conueniunt: sed quæ ius questitum, vel questendum ex titulo oneroso possit relinqui in partis potestate ut auferatur durissimum, hæc enim distinctio in ijs quæ ex conuentione fiunt addimitur, at hæc facultas contra conuentionem est, cum is, qui ex titulo oneroso maioratus est constitutus, non hoc admissit contrahendo, ut reuocari possit, & deceptus remaneret, ideo dicta legis Tauri limitatio in titulo oneroso durissima est, nedicam in ista.

**S V M M A R I V M,**  
ex Cap. sequent.

- 1 *Fruetus, & res solo affixæ pars rei censentur.*
- 2 *Destinatio patris familias est attendenda, ut res mobilis, vel immobilis censentur.*
- 3 *In fructibus destinatio patris familias non potest considerari.*
- 4 *Reprobatur opinio Bal. qui distinguit in fructibus breui colligendis.*

Cap. xv. De interpretatione l. fructus pēdentes de rei vendi. & quando fructus pēdentes rei immobilis appellatione comprehendantur.

**F**ruetus pēdentes pars sunt rei esse videtur, inquit Caius in l. fructus pēdentes. ff. de rei vendi. & ideo optime Vlpianus in l. questitum in §. cellarium ff. de fund. instituct. fructus fundo pēdentes, fundum appellat, inquit enim, ea vero quæ solo continentur



*in senumenti fundi non esse Cassius scribit, veluti arundineti & salita antequam cesa sint, quia fundus fundi instrumentum esse non possit; sicut regulæ dū in tecto sūt pars fūdi censentur, & immobili res dū non auferuntur habentur, ut optime probat Iabolenus in l. cum quædes ff. de vsu capio. & Paulus in l. in rem in §. fi. ff. de rei vendicatio, & in dict. l. quæsitum in §. Papianus quōq; libro; facit optimus textus in l. cum manuata in §. siluā eadua ff. de contrahend. emptio. sed hoc non videtur esse sine controuerfia, quia vbi cesa sunt, non censentur pars fundi, & ita ibidem in dict. §. cellarium subsequitur, sed si cesa sint puto contineri, sed in his rebus non tam status, vel conditio præfens, quam patris familias destinatio est consideranda, vt ex multis legibus apparet euidenter, & sepius Vlpianus destinationem patris familias considerat, in dict. l. quæsitum vt in §. quæritur, & in §. si quis eodem, & in §. sed si qua, & in §. Celsus, & in §. Papinianus quoque prædijs, & facit tex. notandus in l. generali, in §. vxori, ff. de vsu fruct. legat. optimus tex. in l. cætera, in §. pen. ff. de legat. r. & in l. ex facto cum legibus ibidem allegatis ab Imol. ff. de hæredib. in stituend. & cum his, quæ diximus in quæstione illa, vtrum actiones loco circum scribantur, sed dubiū non est fructus pendentes destinatione patris familias mobilium loco esse, cum ideo seminet, vt metat, post messem autem neque pars rei sunt, neque immobilium nomine continentur, nam & specularia, quæ*

ad tempus sunt detracta legato domus, vel emptione continentur, vt in §. specularia in dict. l. quæsitū adeo destinatio patris familias efficit, vt res mobilis; vel immobilis pars rei, vel res separata cessatur, hac ergo ratione fructus pendentes nō possunt videri esse pars rei, sed omnino res mobilis, & separatas, eademque ratione opinio angeli in ista l. fructus pendentes, tenentis filijs posse fieri supplementū legitimæ in fructibus pendentibus rāquā in rem immobili, vera esse non potest, si non est prædium ipso illi adjudicetur, sed separatim colligedi ab ipso, quia ipsa adiudicatione fructus mobilis res constituitur, vt dictū est, & ad hoc faciunt multa, quæ optime cōgerit Tiraquel. vbi meminit de dicto Angeli in tracta. de vtroque tract. in l. parte in §. r. in glōf. 7. in nu. 37. cū multis sequentib. & quæ ipse Tiraqu. in l. vltima Cōnubia. in glōf. 2. in nu. 11.

Sed ego existimo nisi specialiter fructibus ipsis, vel rebus affixis vel quibus solo coaluerit caueatur nullā destinationem efficere, ne res solæ censentur, nam non potuerant non videre hoc Caius, et Vlpianus fructus ideo factos esse, vt a solo separentur, tamen ea partē fundi donec separentur esse voluerūt, destinatione ipsa omniū hominū non hoc impediēte, denique destinationem efficere vbi specialis est destinatione, non vbi natura rei ipsius inducitur, si interim rei soli efficiatur, soloque coalescant, quia cū natura ipsa pars rei sunt, & in ipsa immobili re vitam habeant, destinatione nihil contra hanc rerum naturam efficere potest, ad quod facit opti-

optima ratio quā ponit Vlpianus in l. si quis in fūdi vocabulo, in fine principij, d. lega. r. ibi, *rerū enim vocabula immutabilia sūt, hominū vero mutabilia*, Cū expositione glōf. ibi quæ optima est: ideoque distinctio illa breui sint colligedi fructus, vel non quā ponit Bal. in l. diuortio in §. interdum ff. solut. matrimo. ita vt si leger quis bona mobilia fructus pendentes proximè colligedi comprehendatur, vt per Paulum d. Castro in consil. 132. in lib. r. quos refert Tiraquel. vbi supra in dicta glōf. 2. in n. 11. vera nō est, quia est cōtra dictas leges, & tex. in l. si pendentes in principio, & in l. si fur in principio in vers. quoniā fructus cum concordat ibi allegatis in glōf. ff. d. vsu fructu, & est demēte Iasso. in dicto, §. interdum in l. diuortio in fine in n. 17. qui in hoc optime loquitur, & respondet ad dictam glōf. & Bar. ibidē, quia quo ad causationē sit distinctio sint maturi, vel non, non autē quo ad dominium ipsorum fructuum, vel eorum adiudicationē, quod est notandum.

Potest etiā dici, quod fructus pendentes sunt pars rei, & res immobiles censentur quo ad vocationē, et dominium, sed quo ad dispositionē potius mobiles censentur, ideo tutor qui res mobiles videri sine decreto potest, fructus pendentes videri posset: quia futura est res mobilis omnino, facit in argumētum tex. in l. si ff. de requirend. reis, ibi, *Sed diuus Traianus inter momentum fructus quoque haberi scripsit*, Quod & ad supra dicta pertinet: nā cum ad venditionē peruenitur, destinatione specialis est.

§. VMMARIVM, ex Cap. sequent.

- 1 Iuris consultus hic ponit notandas regulas in materia diuidui, & indiuidui.
- 2 Altiatys rem claram & constitutam perturbat.
- 3 Altiatys existimat solutionem fieri posse per partes iurato credo, sed errat.
- 4 De intellectu. l. tutor in §. lucius. ff. de vsur.
- 5 De intellectu. l. cum heres in §. pen. ff. de statu liber.
- 6 Quid efficiat consensus creditoris in istis obligationibus.
- 7 Dimissio aliquando corrumpit obligationem, aliquando non corrumpit.

Cap. xvi. De interpretatione l. 2. in §. et harum. ff. de verbo. obliga.

**D** Alus lib. 27. ad edictum in l. 2. in §. r. de verbo. obliga. cū in principio legis dixisset, *Stipulationū quædam in dando, quædam in faciendo consistunt*, subdit in §. r. *Et harū omnium quædam partium præstationē recipiunt: veluti cū decem dari stipulamur, quædam nō recipiunt: vt in his quæ natura diuisione nō admittunt: veluti cū via, iter, actū stipulamur, quædam partis quædam præstationē natura sui recipiunt: sed nisi tota detur, stipulationi satis nō fit. veluti cū hominē generaliter stipulor, aut lance, aut quod libet aliud vias, nā et si stichi pars soluta sit nō dū in cõlla parte stipulationis liberatio nata est, sed*

*aut statim repeti potest, aut in pen-  
denti est, donec alius detur, eiusde con-  
ditionis est hæc stipulatio Stichum,  
aut Pamphilium dari.*

In hoc §. Iulius Paulus. iuris con-  
sultus ponit regulas valde notandas  
in materia diuidui & indiuidui,  
quas optime B. in suo sumario. cō-  
prehēdit, ex quibus regula prima  
est obligationē dādi certā sumā, vt  
puta decē ōni ratione esse diuiduā,  
tā natura quā effectu, natura, quā  
re diuiduā maximē cōtinet, effectu  
quia partis cuiuslibet solutione li-  
beratio pro ea parte cōtingit, quæ  
in alijs obligationibus cessant, nā  
quædā obligationes sūt indiuiduæ  
omnino, quædā vero saltem effectu  
vt ex tex. apparet, nā si iter, aut a-  
ctū stipuleris omni ratione indiui-  
dua est ea res, & natura & execu-  
tione, at si hominē in genere, vel lā-  
cē diuidua quidē natura stipulatio  
est, cū partē hominis lācisue partē  
stipulari possimus, effectu autē,  
vel solutione nō est diuidua, quia  
si partē stichi soluas, nō potest Pā-  
phili aliā partē soluere, sed in vno  
codēq; corpore fieri solutio debet,  
nā nō in corporibus, sicut in quāti-  
tatibus functio est, nec sicut in ge-  
nere, in quo etiā functio est, nā si ho-  
minē dbeas in genere, et cū alio cre-  
dito hominis in genere cōpensatio  
datur vt in l. si dbeas supra de cōpē-  
satio. tex. optimus in l. r. in §. pe. v-  
bi glo. notat. supra si pars heredi.  
peta. sed si ad executionē, & solu-  
tionē deuētū sit, cū iā ad speciē ge-  
nus sit astrictum, nō amplius gene-  
ris vicē obtinebit, ideo diuiduita-  
tē, vt sic dicā, quā ante obtinebat  
ex functione generica, amittit, &

ita quo ad solutionē fit indiuiduū,  
quæ omnia optime pbatur in l. Me-  
nius in §. duorū cū ibi notatis. su-  
pra. d. lega. 2. et ita tex. noster opti-  
me sine difficultate pcedit, nisi Al-  
ciat. leui quadā ratione motus rem-  
purbasset, inquit enim secūdū in-  
terpretationē comunē hic tex. p-  
cedere nō potest, nā et doctores fa-  
tētur obligatū decē dare nō posse  
quinq; vel aliā partem soluere nisi  
creditore volēte vt in l. creditor  
in §. lucius supra d. vsur. et nota. in  
l. quidā existimauerū supra cert. pe-  
ta. ergo obligatio dādi decē nō est  
de solutione diuidua, sed indiui-  
dua, nā q. glo. respōdet, quā docto-  
res pbare videntur solui p. partes  
posse creditore volēte, nō videtur  
Alciato soluere difficultatē, sed au-  
gere, quia eadē rationē et obliga-  
tio dādi hominē in genere, vel lācē  
erit solutione diuidua, quia volēte  
creditore, et in pluribus et diuersis  
hominibus, vel lācibus potest fieri  
solutio, volēte igitur creditore v-  
traq; obligatio diuidua effectu, &  
solutione erit, siue decē, siue homi-  
nē in quā p. miseris, eo autē inuito  
neutra solutione erit diuidua, cū  
secūdū doctores inuito creditore  
etiā in obligatione dādi pecuniā,  
solutio p. partes fieri nō possit, vo-  
luntate autē creditoris omnia in  
diuidua diuidua fieri poterūt, hac  
difficultatē Alciatus inuolutus re-  
cedit a comuni opinione, et credit  
falsū esse, nō posse inuito credito-  
re in obligatione dādi pecuniā sol-  
ui p. partes; neq; tex. a doctoribus  
allegatis corū pbare sententiā, quia  
tex. in dict. l. tutor in §. lucius su-  
pra allegatus, in quo non posse par-  
tis fieri solutionē Scacloia ait, in te-  
lli.

lligi debeat ea ratione quod debitū  
erat vsurariū, in quo vsuræ per sti-  
pulationē promittuntur conditio-  
naliter, si non solueris illa decē pro-  
mittis vsuras, vt sup. si cert. peta. in  
l. lecta. ideo ratione conditionis ef-  
ficitur indiuiduum id, quod natura  
sua erat alias diuiduum vt in l. cui  
fundus supra de conditio. & demō-  
stratio. sicut & de. poena dicimus in-  
fra eadē l. in §. si. et in l. §. in §. si. &  
in l. in executione circa finē: hæc est  
Alciati sententiā quæ prius fuit Ra-  
phael. Fulgo. in dict. l. quidam existi-  
mauerūt, quā alijs rationibus Alci-  
nititur cōprobare, sed videamus de  
interpretatione dict. §. lucius, quia  
4 cætera quæ Alciatus adducit, leuiā  
sunt, inquit tex. *Lucius Titius cū cen-  
tum, et vsuras aliquanti tēporis de-  
beret, minore pecuniā, quam debebat  
obsignauit, quæro an Titius pecuniæ,  
quā obsignauit, vsuras prestare non  
debeat, Modestinus respōdit, si non hac  
lege mutua pecunia data est, vt lice-  
ret & particulatim quod acceptū est  
exoluere. nō retardari totius debiti v-  
surarū prestationē, si cū creditor para-  
tus esset totū suscipere, debitor qui in e-  
xolutione totius cessabat, solā partem  
deposuit.*  
In huius tex. interpretatione in mul-  
tis errat Alciatus primo dū putat ef-  
fici indiuiduā solutionē debiti pecu-  
narij ob vsurarū adiectionē, quod  
falsum est vt in l. cū alter et in l. idē  
iuris supra de cōpensatio. & in l. si  
constat & in l. etiā C. eod. tit. 2. dū  
putat conditionem, ob quā debere  
tur vsuræ, mutare naturam debiti,  
quia licet in dict. l. lecta, vocetur cō-  
ditio, ea tamē cōditio est, quæ tacite  
inest ex vsurarum natura, quæ nisi

in solutione cessatū sit, nō dberetur vt  
in dict. l. lecta, indebito in diē, maxi-  
me quia indicto §. lucius, nō cōstat  
ita esse cōceptā stipulationē, vt Alci-  
vult, si non solueris infra decē men-  
ses tunc vsuras, & c. ideo procedit e-  
tiā si debitū ab initio sub vsuris cō-  
tractum esset, quinimo etiam si vt  
Alci. vult, esset cōcepta stipulatio,  
non mutaretur vsurarū natura, nā  
aliud est poena aliud vsura, vt in-  
quit Papinia. in l. pecuniæ fanebris  
supra de vsur. in §. i. *ibi nequē muti-  
lis legitima vsura stipulatio vide-  
tur sub ea cōditione cōcepta, si minores  
ad diē soluta non fuerint, nō enim pæ-  
na, sed fenus vberius infra ratione for-  
tis promittitur.* Licet currant ra-  
tione moræ vel culpæ vt ibi & in  
l. qui Romæ in §. scia hæres ff. d. ver-  
bo, obligatio, quinimo poenā dbito  
pecuniario, si infra certū tēpus non  
soluatur adiectā puto nō efficere obli-  
gationē indiuiduā, quia poena quæ v-  
sararum legitimū modū excedit,  
nō valet dbito pecuniario adiecta vt  
in l. pecuniæ fanebris in princi. & in  
l. poenam supra d. vsur. vbi optimus  
tex. in l. cum allegas. C. eod. tit. & no-  
rat. in l. si tibi decē supra d. pact. et in  
l. rogasti in. §. si tibi decē. ff. si cert.  
peta. & facit tex. in l. vsuras. C. de so-  
lutio. ideo poenā nō mutare vsurarū  
naturā, quæ vsuræ nō efficitū debitū  
indiuiduū, vt supra pbatum est, quod  
est singulare, & certe est verum ex  
dict. regulis, licet videatur tex. fortis  
in cōtrariū in l. §. in §. si fortē infra  
isto tit. sed potest respōdere, vt fors  
illa nō pecuniaria fuerit, sed alterius  
rei, quæ nō recipiat functionē, & in-  
telligatur vt interminis legis lucius  
supra de actio. empr. vel d. qualibet a-  
lia sorte, quam illa, qua contrahitur  
E 2 mu-

mutuū, quod est valde notādū, & ita  
verius est solutionē per partes etiā in  
sūmis fieri nō posse inuito creditore  
cōtra Fulgo. & Alciat. cōtra quos vl  
tra supra dicta est tex. expressus in l.  
cū hāeres in §. pe. inf. de statu liberis  
vbi inquit Paul. *itē si decē hāredi dare*  
*in sūis fuerit, hāeres etiā per partes acci-*  
*pere favore libertatis cogēdus est.*  
Eccetex. expressū quod nisi favore li  
bertatis nō potest cogi per partes so  
lutionē admittere creditor, neq; va  
let si dicas id esse ratione cōditionis,  
quē solutionē facit indiuiduā vt su  
dixit Alciat. quia cōditio efficit in  
diuiduitatē, vt soluēdo partē nō cō  
sequatur quis legari partē vt in dict.  
l. cui fūdus, nō tamē hoc efficit, vt si  
facit per partes solutionē, ita vt omniū  
partiū fiat solutio non sit impleta cō  
ditio in totū, & cōtingat liberatio, et  
ita sit in pendentī, an pars primo so  
luta aliquid efficiat sicut est in pen  
denti soluta parte stichi hōmine le  
gato, an contingat liberatio vt in  
isto §. & harum circa finem, non i  
gitur ideo in dict. l. cum hāeres, in illo  
legato libertatis cōditio dādi imple  
ri non potest per partes, quia cōditio  
est ita indiuidua, sed quia generali  
ter accipiēdum est creditore per par  
tes non esse compellēdum solutio  
nē accipere, et hoc manifestū est, quia  
& in his, quæ maxime sunt indiuidu  
a solutio per partes per vltimam so  
lutionē parit liberationē vt in l. p fū  
dum d̄ seruituti, rusti. est expressum  
ff. de acceptilatio. in l. & p ius iuran  
dum, in vers. si autē iter, & fac. d̄ con  
dictio. in deb. in l. si nō forte in §. pe.  
et fi. & huic inductioni dict. l. cū hāeres  
nemo poterit respondere, quod no  
ta quia nullus ita interpretatur.  
Illud certum est parte liquida solu

ta, si pro reliquis, quæ obscura sunt  
satisdēt impleri conditionem vt in l.  
statu liber rationem. infra de statu li  
ber. & ita intelligi potest tex. in dict.  
l. quidā existimauerunt, & facit tex.  
in l. permitendum, supra si pars hā  
redi. petā. Retenta igitur communi  
sentētia vt inuito creditore pecunię  
non possit fieri solutio particularim  
contra Fulgo. & Alciat. contra quos  
etiā est tex. in l. si. ff. quib. mod. pig.  
vel hyp. solui. videamus quo modo  
ea obligatio solutione diuidua dica  
tur, & qualiter ea, quæ indiuidua so  
lutione sunt creditoris voluntate di  
uidua effici non pōsit contra Alcia  
tum, quod difficile non erit ostende  
re si verba, & mētē legū penitissime  
cōsideremus, inquit tex. *aliud pro a-*  
*lio inuito creditori solui nō potest*, in l.  
2. in §. pe. supra. si cert. petā. at volētī  
creditori aliud p alio solui poterit,  
vt in l. manifesti iuris. C. de solutio  
vbi tex. inquit, *Manifesti iuris est.*  
*tā alio pro debitore soluēte, quā rebus*  
*pro numerata pecunia cōferte acredi*  
*tore datis tolli paratā obligationē*, quia  
vt inquit Vlpia. *placuit rē pro pecunia*  
*solutā parere liberationē*, in l. si nō for  
tē in §. si centū ff. de condictio. in de  
bit. idē Vlpia. in l. r. in §. an possit. ff.  
de costitu. pecunia ibi, *placet rē pro*  
*re solui posse*, & vi. l. itē liberatur in  
§. qui paratus est ff. quib. mod. pig.  
vel hyp. solui. Ergo si mihi hominē  
in genere debeas solutionē indiui  
duā voluntate mea fieri diuidua po  
test, vt mediam partē stichi mediam  
Pāphili soluas, sed aliud solues, quā  
tenebaris soluere, sic si viā debeas i  
ter mihi soluere consentiam libera  
ris, sed aliud quā tenebaris soluas, quia  
aliud est via, aliud est iter vt in l. si  
pupi

pupillus in §. si. infra de nouationi.  
sed si decē mihi debeas, & me confē  
tiente quinq; soluas, non aliud, quā  
debes soluas, neque consensus meus  
naturam obligationis, vel solutionis  
mutauit, nam idem quod promissū  
est, idem inquam omni rationi solui  
tur, sed non totum, consensus igitur  
efficit, vt per partes solui possit id,  
quod debetur, in alijs autem obliga  
tionibus efficit, vt in alio quā debe  
tur fiat solutio, denique cōsensus hic  
in soluendo quinq; ex decem non  
mutat aliquid ex re debita, at in alijs  
spēciebus efficit, vt aliud pro alio sol  
uatur, quod potius est corrumpere,  
& aliā inducere obligatioem, & mu  
tare dissolutionem, quā obligationem  
exequi priorem, & ideo tex. in dict.  
l. manifesti dicit tolli, & hoc elegan  
tissime ex marcello explicat sceuola  
in l. 3. in §. idē Iulianus. ff. de eo quod  
cert. loc. non tamem intelligas, quod  
mutatur prior contractus, sed eius  
executio, ne obstet l. pretij causa C.  
de rescinden. venditio, ideo ex priori  
agi potest, & ita intelliges quid in  
ter sit interdīctas obligationes, et qua  
liter promissio dandi decem sit om  
ni ratione diuidua, & obligatione,  
& effectu, neque partis consensum  
posse mutare diuidui, vel indiuidui  
naturam, sicut efficere non potest,  
vt emptio sit sine pecunia vt in l. em  
pti fides. C. de contrah. empto. ne  
que enim naturam rerum partes mu  
tare possunt, vt in l. obligationum  
fere in §. r. in versicu, sic in traden  
do de actio. & obliga. supra & mul  
ta quæ diximus supra. in lib. r. in. c.  
r. per totum dissoluere tamem po  
terit sine pecunia obligationem vt  
indīcta l. pretij causa. C. de rescind.

vendi. quia aliud p alio volēte solui  
7 potest, sic in specie proposita soluē  
do partem pecuniæ volente credito  
re non corrumpitur obligatio, se  
cus vero in ea, quæ indiuidua est ef  
fectu, tunc enim diuisione non fit  
executio obligationis, sed mutatio  
& corruptio vt infra isto titul. in l.  
stipulationes nō diuiduntur in princi  
pi. ibi, *Horum enim diuisio corrupit*  
*stipulationem*, & Bart. ibidem  
notab. in. 9. oppo. in nume. r. colu:  
4. inquit nam cum hie dicatur, quod  
harum diuisio corrumpit stipula  
tionem etiam stipulatore volēte,  
non poterit diuidi, quia si diuitur,  
non soluitur quod deuenit in stipu  
lationem: sed aliud, vnde bene po  
test contingere liberatio tanquam  
aliud pro alio creditore volente, li  
cet non sit solutum quod deuenit  
in stipulationem, nam per diuisio  
nem est alia opera quam promissa.  
Hæc Barto. ex quibus ostenditur  
Alciat. error, qui putauit partium  
voluntate indiuiduum, diuiduum  
fieri posse, contra text. in l. liber  
tus qui post supra de operi. liberto.  
in. §. r. vbi Vlpianu. inquit, *Nec*  
*promitti, neque solui, neque deberi,*  
*neque peti pro parte poterit ope*  
*ra*, Aliquando tamen ex consen  
su partium tacito efficitur, vt so  
lutionis diuisio fiat (cum necessita  
te rei non possit solida res solui) vel  
infra isto titul. in l. instipulationibus  
in. §. operarum vt in prima sol. glo.  
quæ vera est contra Docto. vel in. 2.  
quam ipsi aprobant, & probatur in  
l. si quādo d̄ oper. liberto. ibi allega.  
sed ambę sol. iuncte tollūt difficulta  
E 4 tem,

te, & tunc non vera solutio est, sed voluntate partium, & rei necessitate potius obligationis commutatio, ut dictum est, quod patet, quia modus solvendi, qui ex voluntate partium expediri oportet non in ea re, quae in promissione continetur, non est de natura obligationis: at in dicto §. operarum, talis est obligatio non exolutio ut text. inquit ibi, *malit libertus*, creditore tamen accipiente liberatio contingit, quamvis inuitus accipere non cogatur, ut inquit Ulpian. in l. 3. in §. idem Iulian. ff. de eo quod cert. loc. et hic modus intelligendus expressè probatur in l. qui res in §. mihi Romae. ff. de solutione, qui vult quod ubi soluitur id, quod promissum est completur obligatio, quod non fit quando aliud pro alio soluitur, sicut in dicta l. pretij causa, dissolvitur quidem obligatio aliud solvendo, non tamen completur. & hoc est quod elegantissime inquit Marcellus in hac specie in l. soluta pecunia ff. de solutio. *Solutionis quidem verbum non proficiet, sed satisfationis sufficiet.*

- Summarij ex ca. lequeur.
- 1 *Insinuatio cuius voluntate fieri debeat*
- 2 *Error Carol, Ruin.*
- 3 *Voluntas donandi Utrum sufficiat ad insinuationem.*
- 4 *Utrum insinuatio heredis sufficiat.*
- 5 *Nova voluntas in insinuatione requiritur sicut in dispensatione.*

C. xvij. De insinuationibus donationis: **N**unc de insinuationibus donationis num tractemus, potius ut ostendamus a recentioribus esse cavendum, quam quod haec res sit in difficili, nam in re clara, & legibus definita saepe ipsi tenebras offundunt, videamus ergo quis insinuare donationem possit, vel debeat, utrum donans, vel donatarius, vel uterque, an vnus volente altero, vel

eo inuito, vel eo ignorate, & quod post mortem donatis, vel donatarij, vel utriusque, vel herede petete, vel eo inuito, vel ignorate, sed de donante, vel donatario dicamus imprimis, et dubium non est, cum obligatio, quae ex donatione inducitur, sita sit ab initio in donatis voluntate, neque inuitus obligari possit, ad ipsam insinuationem pertinere, ut donatio §. oo. solidos excedens subsistat, ne inuitus obligetur, & hoc expressè est dispositum in l. in hac. in §. atque, ut ipsa. C. de donatio. ubi text. inquit, *atque Ut ipsa donatio sita est in voluntate donantis, ita ei liceat donationem suam apud quemcumque ex memoratis intimare*, text. est ibi adeo clarus, quod donationis insinatio pertinet ad donantem, ut necio quis de hac re potuerit dubitare, qui illam legem non ignorauerit, et ita eam notat Bar. ibidem, & in l. Modestinus. ff. de donatio. in col. i. ubi dicit quod insinuatio est in mera donantis voluntate, quod non male explicat Canar. in tract. de insinua. don. in. i. par. in vers. 4. quarto, & vers. 5. quarto in n. 9. & 10. optime Areti. in col. 123. prot. & tamen Caro. Ruin. satis considerat omnino text. expresso dict. l. in hac. in col. 44. in n. 21. in lib. 2. vult ad donatario solo posse fieri insinuationem, allegat text. in l. cum ulte, & ibi Bal. & text. in auth. eo de cursu, & ibi Bal. C. de donat. aut. nupt. cum tamen text. in dict. l. cum ulte neque Bal. ibi aliquid probet, text. vero in dict. auth. eo de cursu expressè contrarium dicat, quod vir, vel alius, qui donauerit scilicet si alius donauerit insinuare debet donationem, quod etiam est expressum in corpore vnde sumitur, ut bene notat Ant. Cana. ubi supra. Bal. vero, qui in dicta auth. dicit quod potest fieri ab vna parte siue etiam non citata intelligi debet ad donantem, non ad donatario,

ut &

ut & ipse sensit in dicta l. in hac, ubi dicit quod potest hoc donator, et forte absente donatario, non ergo poterit fieri a donatario inuito donatore, quod dubium non est, alioquin inuitus obligaretur, quin imo neque a solo donante fieri posse voluit Aret. ubi supra, & Tirac. ab utroque, fieri debere post leges Conubial. in glos. 6. in nu. 10. mihi vero videtur, quod si inuitus sit donatarius, licet possit a donante solo fieri, nihil utilitatis insinuationi afferat, cum donatario inuito donatio non queratur, ut in l. neque emere, neque vendere neque donatum assequitur. C. de iure delib. neque sufficiet prior voluntas, quae adfuit tempore donationis, quia tunc inutilis ea fuit, cum donatio eo tempore non valeret, ut in l. sancimus, C. de donatio. ubi dicitur quod est pro non scripta quoad excessum talis donatio, utroque autem volente ut fiat, a quo cumque fieret, etiam extero, valet nedum ab altero ex contrahentibus, cum non sit actus qui procuratore fieri prohibeatur, ideo regulè stabimus, ut possit quis per alium quod potest facere per se ipsum, neque intelligas, ut voluntas, quae in donatione ane sit sufficiat, ut possit donatarius, vel alius insinuare, sed requiritur expressè, ut facultas insinuandi concedatur, alioquin vana essent omnia supradicta, & dispositio dictae legis in hac, neque obstat quod videtur durare eadem voluntas donandi, nisi expressè contradixerit argumento l. obseruare in §. ff. de officio pro cons. & leg. quia aliud est voluntas donandi, aliud insinuandi, quod vltimum requirit expressam voluntatem, cum sit de solennitate, neque alterum sine altero sufficit, nec requiritur insinuatio, ut maior

deliberatio donantis ostendatur, et ut maiori auctoritate firmeretur, quod diceret si non esset alia voluntas specialis, expressa, sed solum illa, quae ex donatione colligitur, quae vtdixi inutilis est, & imperfecta, & pro non scripta, ut in dicta l. sancimus. Ex his deducuntur ex supradictis quae sunt rationes a liquet, prima inuito donante insinuationem nullam esse. 2. inuito donatario esse sine effectu. 3. quod requiritur voluntas donantis expressa, ut fiat eius nomine procuratoris, neque sufficit voluntas, quae inest in ipsa donatione, ideo sicut neque inuito, ita neque ignorate donante potest fieri insinuatione, nisi ab eo expresse concessum sit, & tunc beneficeret iudex, si iuueret eum citari, ut videatur an eius voluntas duret.

Sed an donante mortuo si fiat sine eius voluntate, et inuito herede est species indubitabilis, si vero ipse dedit mandatum ad insinuandum morte spirauit. ut ff. de donatio. in l. 2. in §. sed si quis, sed an possit heredes insinuare, & non potest, quia neque voluntas heredis sufficit ibi, sed ipse de nouo donet si velit, & optime hoc probat Franc. de Aret. in dicto cons. 123. in. i. col. per text. notat. in l. si ego, in §. i. de iure dot. sed an insinuando videatur de nouo donare intrabit quaestio, utrum animus confirmandi sufficiat, ut actus de nouo producat, de quo aliquid diximus in libello de redditi. eccles. in. i. parte, et alibi dicemus. Sed an mortuo donatario insinuatione donationis valeat, existimo quod valeat transmissa donatione tamen si conditionalis esset donatio, quia contractus conditionales transmittuntur, licet non legata, ut in §. ex

§. ex cōditionali, in sti. de verb. obli-  
gati. ex his si recte cōiunctio omnes p-  
posite quæstiones sūt expedite, ad  
quæ non est ineptum argumētū, q̄  
si cōsanguinei intersecōtrahunt ma-  
trimoniū inutiliter quidem infra  
quartū gradū, si impetretur dispen-  
satio nō sufficit prior cōsensus, vt  
matrimoniū validetur, sed nouo cō-  
sensu opus est cum scieria dispen-  
sationis vt oprime concludit. D. Mar-  
tinus Nauarrus in suo aureo manu-  
al. confess. in c. 22. in num. 87.

SYMMARIVM EX  
capite sequenti.

- 1 Appellatione mobilium & im-  
mobiliū nō comprehenduntur no-  
mina de bitorū sed appellatione  
rerum vel bonorum.
  - 2 De personalibus quæ osibus no-  
stris adhaerent.
  - 3 Quid si cōtinetur debitū instrumē-  
to & num. 7.
  - 4 An effectū et operatione loco vi-  
deantur inesse et infra nu. 6.
  - 5 Quid de calibus, et n. 8. et de his  
quæ competūt pro seruitutibus.
  - 6 De intellectu. l. i. C. de donationi.
  - 9 Deciditur quæstio notanda.
- ¶ C. xviii. Vtrum actiones loco cir-  
cumscribatur.

**A**ppellatio mobilium & im-  
mobiliū actiones nō com-  
prehendit, quia hæ incor-  
poreæ sūt, illa vero corpora, quæ lo-  
co circūscribuntur, quod est contra  
incorporaliū rerū naturā, quia vt in-  
quit Thom. in l. i. parte. q. 52. art. 1. cō-  
munis animi cōceptio inter sapien-  
tes est, incorporalia in loco nō esse,  
& ita inquit Vlpianus in l. si fidei-

cōmissum in §. tractatū ff. de iudic.  
q̄ nō loci sit as alienū, sed Vniuersa-  
rū facultatū. Ideo legatis his, quæ  
quis domi suæ habet, nomina debi-  
torū nō comprehendūtur, vt in l. Ca-  
rius seius ff. de lega. 2. et in l. si mihi  
seio cū alijs allegat. agl. ff. de lega. 2.  
& in l. cū de Lanionis in §. si. ff. d. fū-  
do instr. not. Bal. in l. i. ff. d. stat. ho-  
mi. late. Tira. in l. si vnquā verb. bo-  
na, de reuo. dona. & in tract. d. vtro  
quæ retrahit. in l. i. parte in §. i. glo. 7.  
& Costa in c. si pater de testa. lib. 6. r  
parte in verbo bonis suis, quæ vera  
sunt etiā si signū vniuersale adijcia-  
tur, vt in dict. legibus probatur &  
euidēter apparet, nā signū vniuer-  
sale nō mutat speciem cui subijcitur,  
appellatione tamē rerū simpliciter  
actiones cōprehēduntur vt in tit.  
inst. d. reb. corpora. & incorporali.  
& idē sub appellatione honorū vt  
in l. nomē C. quæ res pigno. obliga-  
ri poss. et melius in l. vxori mee v.  
sum fructū ff. de vsu fruct. legat.  
Sed oppono, q̄ iura et actiones sūt  
in loco, primo quia si loquimur de  
personalibus actiōis collocātur in  
persona creditoris, quæ si directæ  
sint, à deo ei inhaerent, vt tradi-  
cari nullo modo ab eo possint, vt  
nota. in l. 3. ff. pro soci. & in l. quis  
ergo casus ff. de pecul. passiuæ au-  
tem similiter sunt in persona debi-  
toris l. debitorum pactionibus C.  
de pact. l. si mandato meo, versicu.  
vel si nollit creditor ff. manda. rur-  
sus si nomen debitoris instrumen-  
to sit comprehensum constituetur  
in loco vt in l. i. C. de donatio. &  
in l. seruum filij in §. cum qui chi-  
rographum ff. de legatis. i.

¶ Et destinatione loco comprehē-  
di.

di poterunt & prouincijs distingui  
vt in l. ex facto in §. rerum autē ita  
licet ut ff. de heredi. insti. quia idē  
ibi esset, si res emptæ nondum esset  
tradita. Hæc sit arg. contra dict. l. si  
fidei cōmissum in §. tractatum. v  
si Vlpianus postquā dixit, es enim  
alienū patrimonium totum immi-  
nuere consistit, non certū loci facul-  
tes, habet, quid tamen si forte certis o-  
neribus destinatum sit patrimonium  
puta alimentis prestandis, quæ Ro-  
mæ prestari pater familias iusserat  
vel triburis, vel quibusdā alijs in-  
excusabilibus oneribus, an possit præ-  
scriptio locum habere? & hic putem  
instius dici locum habere. & ita Vl-  
pianus vult q̄ non habeatur illius  
loci ratio, sed infra de hoc agemus.

4 Præterea quoad reales actiones  
attinet non ne rem loco circumscri-  
ptam persequuntur? vt C. si nece. vel  
reliq. per tot. cum multis alijs, ergo  
hæ actiones loco circumscribuntur,  
item quæ pro seruitutibus compe-  
runt non ne prædio adherent? vt in  
l. qui aliena in §. si. de negot. gest.

5 I T E M licet incorporalia non  
sint in loco comprehensius, effectū  
tamen & operationē in loco esse di-  
cuntur, sicut de Angelis Theologi  
probāt, & Philosophi, scilicet tho-  
ad. 3. parti quod libet. i. quæ. 3. artic.  
4. & Nemesi. in lib. de natura homi.  
loquēs de spiritu inquit, si dicamus  
esse in loco id est ab usque propter mu-  
neris functionē, locūq̄ pro inclinatio-  
ne, & functione muneris accipimus,  
quod etiam ex hominis natura qui  
microcosmus recte appellatur pos-  
sumus explicare; is enim in hispa-

nia existens potest animo. & mente  
urbē Romā contemplari, & monē-  
ro caelū ascendere, et rursus infer-  
num meditari, & per totum orbē  
& extranagari operatione sola id  
peragens, quod angelicam naturā,  
& omnium incorporearum rerum  
nō male explicare videtur. Ergo cū  
alio modo locus his applicari nō  
possit, sūmi debet eo modo, quo po-  
test, vt in l. sed si possessori, in §. itē  
si iurauero fidei iurā. & ita verū  
erit loco isto modo inesse actionis.

6 Sed his omnibus possumus respo-  
dere ad primū, q̄ actiones in herēc-  
osibus hominū, vt doctores dicūt,  
ideo loco cōprehēduntur, responde-  
tur, hoc efficere, vt nō sint in certo  
loco, cū non habeat homo certū lo-  
cū à natura destinatum, & hic quæ-  
rimus de certo loco, vt legatio con-  
prehēdatur, & hæc est optima solu-  
tio, nā quod nō sit proprie in loco, sed  
p operationē nō tollit difficultatē,  
vt statim apparebit ex his, quæ in a-  
ctiōibus pseruitutibus datur, dice-  
mus, deniq; verū est actiones nō esse  
in loco, d quo quæstio. cadere possit.

7 Quo ad 2. de instrumētis debito-  
rū dico nō comprehendī ibi actionē,  
sed probationē actionis vt in l. cum  
res C. de probationi. & in l. nō figu-  
ra ff. de actio. & obligatio. aliquin-  
tō busto instrumētō actio periret,  
qd. verū nō est vt in l. sicuti rographū  
ff. de probatio. & in l. in lege Aquil-  
lia si delectū ff. ad l. Aquil. & in l. ad  
probationē dominij C. d. probatio,  
et in l. testium cum alijs multis C.  
de testib. ergo si non continetur in  
strumento, neque locum, neque si-  
rum habet in instrumento, neque si-  
oblat dict. l. seruum filij in §. cum  
qui

qui chirographum, & in dict. l. r. C. de donatio. quia id ratione voluntatis contingit, ut medium concedens, finem quoque concedisse videatur, ut in l. quamuis simpliciter, C. de fidei commissis. & in l. 3. in §. qui habet haustum, ibi siue tantum. & c. ff. de seruitutibus rustico. prædium. unde cum non vi solius verbi id contingat, sed ex interpretatione voluntatis colligatur, requiritur ut actio in legato, comprehendatur ut sit instrumentum specificè legatum, non autem sub legato eorum, quæ domi vel alio loco sunt, continetur debitum, quod scriptura illius domi sit, nisi forsan locus esset assignatus ut est arca, & ad nihil aliud legatum eorum, quæ in arca sunt, possit verisimiliter referri, & ita debet interpretari dict. l. Caius de legato. 2. melius quàm per Cost. vbi supra.

¶ Non obstat dict. l. ex facto, quia verum est ratione destinationis patris familias id ad res italicas, vel provinciales posse pertinere, & ita loco contineri, sicut legato instrumenti diximus, non autem quod verè loco circumscribatur re ipsa, neque hoc tollit tex. in l. si fideicommissum in §. tractatù. vbi nihil efficit destinatio patris familias, ut loco comprehendi videatur, quia id quo ad actionis exercitium, quod iuris dictionem respicit, non ad voluntatis quæstionem pertinet.

8 Ad id vero quod de realibus actionibus diximus respondemus, quod si loquimur de rei vindicatione, quæ dominium continet, cum res nostra sit, magis rerum, quàm actionis ratio habetur, cum itaque quis legat res

suas, quæ Romæ fuerint hæc, quæ vendicari possunt cum Romæ sint, comprehenduntur, si vero de hypothecaria, quæ realis est, & dominium non respicit, sed reipuit potius ut in l. neque pignus de reg. iur. dicimus quod operatione potest dici, esse in re passivæ seu potius in re, vel contrariam, ideo legata illa re sequitur obligatio illa passiva, et actio re illam, sed nos loquimur de actibus actionibus, quod vero de seruitutibus dicimus, cum accessorie sint, re sequuntur, ideo eiusdem rationis erunt, ut legato prædium quod Romæ est, seruitus prædij huic legato cedat, re quæ ipsam sequatur, ex his etiam respondetur ad ultimum de inclinatione & effectu, quia illud efficit, ut passivæ sit actio in re, non activæ, præterea cum sit hypothecaria accessoria, potius personalis actionis naturam inspicimus, ut comprehendendi loco non est debitoris dicitur vel non, nam si personalis non venit in legato, neque hypothecaria, quæ ei accedit poterit venire, quod si venit personalis, veniet & hypothecaria.

9 Ex his possunt decidi multe quæstiones, sed unam nunc proponamus, privilegio Romæ cautum erat, ut de his, quæ fuerint Romæ, vel intra tot milliaria, possit quis ad eum libere disponere, ut & spurij, & incestuosis filijs relinquere liberum sit. si ne quem habere bona in provincia, quæ Romam adducere destinavit, & forte aliquod debitum Romæ exoluendum fuit contractum, an hoc possit filio incestuoso quis legare, & dicto privilegio comprehendatur, respondeo non ut in dict. l.

si fidei

si fidei commissum, in §. tractatù. quia non agimus de interpretanda voluntate testatoris, ut eius destinatione attendatur, sed dantis privilegium, qui de alterius destinatione non curavit. Ex his videtur decidi illa quæstio, utrum Episcopus, qui ob aliquam iustam causam exiit à sua dioecesi eo animo, ut brevis esset reuersurus, gaudeat alternatiua, & videtur quod non, quia agimus de interpretatione gratiæ summi Pontificis, qui alternatiua concessit, ideo animus episcopi revertendi non debet mutare Principis concessionem, sed contrarium verius videtur per. l. 3. ff. de diuort. & l. quicquid de reg. iur. & idem videtur si non dum dioecesi ingressus fuisset, sed pararet ingredi, & itineri erat accinctus, arg. l. pe. ff. de militar. testa. & per Fel. in. c. cum à deo vers. de destinato extra de script. non obstant supra dicta, quia hic agimus de redeundo ad ius commune, quod si ne culpa, quis amittere non debet, iure autem communi ad episcopum pertinet provisio omnium beneficiorum, quæ sunt in sua dioecesi, ut c. omnes basilicæ, ideo favorabilis debet fieri interpretatio, ut ius commune sibi cõsuetur, nam quod in alternatiua continetur potius est poena non residetis, quam residentis privilegium, si ius commune attendas, & licet verba concessionis alternatiuæ aliud iniure videantur, tamen propter nostrum affirmare vel negare, nihil mutatur in rerum natu. ut in l. ornamento ff. de auro & argent. lega. vi. quæ diximus in lib. 1. harum in-

F

terpretatio. in cit. in nu. cum sequent. sed ne in causa propria respondere videar, alijs iudicandum committo, & alias multas quæstiones circa dictam alternatiuam, utrum sufficiat partem mensis residere, ut eius mensis gaudeat alternatiua, vel cuiuslibet diei, cum beneficii vacationis ratio habeatur summo iure agendo, alij iudicabunt, quod si materia non sit talis, ut deredeundo ad ius commune agatur sed potius vitatur ius commune, ut in privilegio urbis Romæ, illius, de cuius dispositione agitur, non alterius attendetur destinatio, nam & mens disponetis efficere potest, ut res censetur in loco, etiam si loco non soleat comprehendi, & ita respondeo ad multas leges, quæ in contrarium adduci possunt ut in l. quæsitum in §. si quis eodem, & in l. eum de lanionis iu §. Sabinum mille alijs ff. de fund. instruct. & melius in dict. l. quæsit. in §. pe. qui incipit Papinianus vbi ex coniecturis loco comprehenduntur cautiones debitorum emptoribusque servorum, credere tamen in specie dict. privilegij Romani, quia res quæ in provincia sunt destinantur, ut Romam asportentur, semel Romæ fuerunt, & ad breve tempus tantum in provinciam fuerunt adducte, quod in dicto privilegio comprehenduntur, & ita legari poterunt spurij per supra dicta & facit tex. in arg. in l. prædij in §. affini. cod. tit. de fund. instruct. melius probatur in l. si quis post hanc in vers. data C. de ædifi. priuatis quia loquitur de potestate, de qua nunc agimus, non de voluntate.

Finis Libri Sexti.



# LIBER SEPTIMVS SE lectarum interpretationum.

## Σ VMMARIVM

ex capite primo

- 1 Emptio sine pretio & merce consistere non potest, & nu. 22.
- 2 De intellectu. l. si actum retis de empti actioni.
- 3 Venditio natura sua obligationem personalem producit.
- 4 Contractus est potius realis, quam personalis.
- 5 Pecunia pecuniam parere non potest, ideo usura est contra naturam rerum, neq; ex pecunia lucrum sine periculo constitui potest. & nu. 6.
- 6 Differentia inter res que usu consumuntur, & alias res.
- 7 An aliquo casu pecunia sine periculo certum lucrum dare possit.
- 8 Contractus qui possunt fieri cum pluribus, possunt fieri cum uno.
- 9 Fallit in aliquibus speciebus.
- 10 Intellect. c. naviganti.
- 11 Spes lucri pecunia redimi potest a contrahente, vel a tertio.
- 12 Sed non ab initio.
- 13 Censu pecuniarij pre existente legitima materia legitime vendi possunt.
- 14 Quando producitur materia in ipso contractu, que non est cognita a iure communi, suspectus est contractus, & illicitus.
- 15 Emptio, & venditio ex natura sua obligationem personalem

non realem producit.

- 16 Quid hypoteca faciat in venditione.
- 17 Quid sit census iure communi.
- 18 Censu de iure communi an esse cogniti.
- 19 Ad naturam emptionis debet census reduci.
- 20 Pactum redimendi natura sua est optimum venditori.
- 21 A securatio fructuum & eorum ad pecuniam redactio est suspecta.
- 22 Si merx reducitur ad pretium ab initio corrumpitur venditio secus contractum iam perfectum.
- 23 Error D. Martini Nauarr.
- 24 Pactum quod subtrahit materiam emptionis, & venditionis efficit, ut census non sit recte constitutus.
- 25 Censu super omnibus bonis potest imponi.
- 26 Pactum quod census non possit redimi per partes sed totum non est reprobatum.
- 27 Censu super omnibus bonis est suspectus.
- 28 Censualis contractus an obligare possit personam re venditam, vel alienatam.
- 29 Censu super re aliena emptus ab ignorate efficit ut possit pretium & census decursi exigi.
- 30 Censu super persona constitui non potest.

Potest

## Liber Septimus, Capitu. I 33

- 31 Potest quis aliquid promittere gratis, ergo potest per pecuniam esse mala consequentia.
- 32 In censu non redimibili potest cadere usura.
- 33 Solutio per partes in pecunia est eiusdem utilitatis.
- 34 Pena obligationi pecuniaria adiecta est usura.
- 35 Quid differat inter censum, & mutuum ad tempus.
- 36 Promittere singulis annis alicui personaliter, quando liceat.
- 37 Opera non venduntur, neq; locantur in perpetuum.
- 38 Ab initio non potest ad pecuniam operarum obligatio reduci.
- 39 De censibus ad vitam.
- 40 An census possit vendi minoris quam ad rationem quatuordecim.
- 41 Utrum pactum de redimendo pro parte recipiat estimationem.

### CAPVT PRIMVM de censibus.

Supra in lib. i. harum interpretationum in c. ii. visum est quam potestatem habeat quis in rerum suarum dispositione, qualiter etiam dominus qui potest res suas iactare & perdere, & quarum est moderator & arbiter non potest ex causa usurarum vel alia simili ex causa obolum promittere ut ibi latius dictum est, nunc vero opere precium erit disputandi potius, quam decidendi causa videre, quam potestatem quis

habeat in censibus constituendis, & duo premitenda sunt, primum quod sicut emptio sine pretio consistere non potest ut in §. pretium & in §. item pretium in l. i. de emptio. & venditio, & in l. 2. ff. de contractibus emptio: & in l. empti fides C. eod. tit. ita non potest esse sine mercede, & re que vedatur ut in l. 1. ff. eod. tit. & in l. neque emptio, merx autem seu mareria super qua emptio, et venditio consistere possit, potest esse non solum in his, que in actu sunt, verum in his, que habent verisimilem potentiam, cuius spes pro mercede habetur, ideo & iactum retis emere possunt, ut in l. si iactum retis ff. de actione empti. & in l. neque emptio, ff. de contractibus empti. supra allegata, si eo loco iaciatur, quo spes aliqua sit probabilis piscandis, secus autem si non sit si iactum retis in puteo, vel alio loco in quo certo scimus pisces nulos esse iactum retis emere, non enim possunt partes mercedis, que non est, neque futura est, si id scitur fingere, alioquin iactum retis piscatorie in fico posset quis emere, quod nemo sanus fecerit neque dixerit, licet Martialis sanum venditorum talis, emptorem vero insanum iustissimè iudicaret, ut de versibus ineptorum poetarum inquit *Vendunt carmina Galus & Luperus, sanos claudere nunc nega poetas & facit ad supradicta tex. in l. ff. sterilis ff. de actione empti. & venditio. merces ergo que est, vel que futura esse potest in emptione cadit, sic fructus nascitur, sic partus ancillae vendi potest ut in dicta l. neque emptio.*

Harum autem rerum dupliciter si

eri venditio potest, vno modo vt spes vedatur simpliciter, vt iactus retis, quicquid in hoc pradio nascatur, vel nō nascatur: altero modo nō simpliciter, sed habita rerū ratione spē redacta ad actū, vt singuli pisces singulis denarijs vel argētis, ex hoc pradio singulos corbes frumentis singulis aureis: prima, species solo iactu, & spē inititur, secunda vero species rein actū desiderat hęc probatur in dic. l. neq; emptio & ibi glo, in verbo ne nascatur cū legibz ibi allegatis, facit tex. in l. quod sepe in §. in his, & in l. qui fūdū in §. qui agrū ff. de contrahend. empti. & hoc est euidēs, dñiq; sine materia, vel eius spē emptio consistere nō potest, neque partes materiā vbi non est fingere possūt, quia non possūt remittere substantia contractus per supradicta, & probatur etiam in l. cum in venditione. ff. de contrah. empti. & in l. obligationū fere in §. placet ff. de actio. et obligatio. & in l. nemo potest de le ga. r. optim. tex. in l. pacta cōuenta ff. de cōtrah. empti. ibi *Quonia emptio nis substantia consistit in precio facit. tex. in l. r. ff. de rerū pmutatio ibi cum debeat & res & pretiū esse,* Prædicta tamē vera sunt, nisi ab ignorantē emptore id fiat bona fide, tunc enim licet vere emptio nō consistat, ad id quod interest exempto agi poterit, vt in dict. l. si sterilis de actio. empti. & in l. 4. cum sequen. & in l. domū, & in l. liberi hominis

3 Secundo permittēdum est qd ex natura sua contractus emptio nis personalem obligationem producit, ideo venditis fructibus prædij, si postea prædium vendatur, non

potest agi pro eis cū emptore, sed venditor tenetur ad id quod interest vt ex tex. in l. si. in §. si ff. de cōtrah. empti. nō tamē in cōuenit, vt res pro illis possit subijci hypothecæ, & alia bona, & dari etiam fideiussores, quia hęc accedere possunt cuilibet obligationi. vt in l. r. & 2. ff. fide iussori. sed etiam vbi emptio ni hęc accedunt, venditor liber efficitur tam obligatione personali quam reali accessoria, si vendiderit rem non alienā, eaq; tradiderit, vel si res post venditionē perierit, neq; contrarium cauēri potest, vt in l. non moriturum C. de contrah. stipulatio. & inf. dicemus. & ideo si venditoris culpa non interueniat puta rē alienā vedēdo nō potest perpetuo teneri, ideo verius est cōtractus, qui hodie celebratur in reale transferre licet persona vendentis etiā obligetur. & similes esse hos contractus venditioni seruitutis realis, vel vsus fructus cū rē sequantur, & perpetui sint quod nō de obligationi personali aduersatur, licet R. Episco. Segobiens. in lib. 3. variar. resolutio. in c. 7. velit præcipuam obligationem esse personalem, cū tamē realis sit, cū perpetuo prædiū teneatur, & ius in rē cōstituatur, vt in vsu fructu & seruitute vendita dicimus vt in l. 2. qd vsu fruct. cū & ipse non possit non fateri vt fatetur in nu. 6. maius ius hoc esse, quam vulgaris hypothecæ, & ita explicatur natura huius contractus, que forte a nullo est intellecta, saltem nullus sic poenitus interpretatur.

5 Tertio est permitendū qd vsus rē iure diuino sunt prohibita, & quo

quodāmodo & naturali, sunt enim contra naturā, nā Arist. in politic. lib. 1. c. 6. dicit vsum pecuniæ cōmutationē esse, quod autē pecunia pecuniam pariat, modus acquirēdi est cataphisim id præter naturā interpretantur traductores, sed & cōtra naturam dici potest, cum partus pecuniam esse non possit natura ipsa, neq; rei institutione, & Plutarchus in libell. de vitand. vsur. loquēdo de foeneratoribus ita inquit.

*Naturalia quoq; deridet, quæ assertū ex nihilo nihil gigni posse, quādoquidē apud illos ex eo qd nō est neq; unquam fuit vsura generatur.* & licet pecunia quaeri possit, & augeri negotiatione valeat, nam res, que ipsa emuntur, vēdi maioris possunt, quā emptæ sunt, tamen id magis operæ quam pecuniæ fructus est, & diligentia, idq; consumptione pecuniæ fit, & id non omnino certum, sed cōtingens est, cū eodē modo sæpe non solum pecunia nō augeatur, verū minuitur, & perdat, & ideo fieri nō potest, vt mutuās a debitore fructū certū secūdū naturā exigere possit, nā sola pecunia id nō parit, diligentia autē debitoris mercaturā exercētis pecunia a me data in mutuū, neque hoc efficere potest, aut considerari, nā dādo pecuniam mutuū sub certo lucro libero a periculo operā videor prohibere, nā licet opera & industria possit pecunia augeri ipsa negotiatione, potest tamen & minui: negotiatio enim incerta, es est, tā ad lucrū, quam ad damnū exposita: & proclius, hoc autem subuertit, qui lucrū certū exigit, & rem ipsā sine periculo, & ita lucrū extra omnē casū constitutū quod naturæ ipsæ repugnat, vt ex pecunia sola ab omni

negociationis periculo subducta fiat acquisitio, nā contraria velle videtur, qui vult pecuniam perire nō posse, & quod eadem pecunia negotiatur, que contrarietas in his rebus solet incidere, dū cauetur, vt certū si fructus non colligatur census soluatur, quod vsurarū naturā præ se fert, neq; hoc in alijs rebus, qd vsu nō cōsumitur accidit, hęc enim res natura producere fructus sūt aptæ, vel vsu habent vtilem sine cōsumptione, nam et si prædium fruges sine opera, & labore hominis non producat, id tamen dissimile est, nam neq; æqualis industria requiritur, & maior pars naturæ tribuitur, quæ die, nocte, etiam homine quiescente operatur, ideo maius est factum rei ipsius vel naturæ, nō enim sic homo continuo agit, neque agere potest, imo vbi actus hominis est necessarius seruitas non potest esse cōtinua, sicut quādo natura opatur fit, præterea pductio fit in illis rebus sine rei cōsumptione vt diximus, quod in pecunia fieri non potest, in qua dominium rei non cernitur ab vsu vt late diximus, in lib. de reditib. ecclesia. in r. parte & in eius defesio. in in r. parte circa monitum r. itē in prædij productio, est intrinseca ex re ipsa licet ad maniculo extrinseca, que intrinseca pductio non potest cadere in pecunia, & ideo illa naturalis, hęc que ex vsura cōtingit præ naturā, imocōtra naturā est adquisitio. Nec quod domus reddat pecunia ex locatione huius simile est, nā venditur vsus ille, cui res est destinata, vsus inquam etiam cū rei deterioratione, vel cum damno meo, qui re illa, dum loco, vti prohibeor, qua vti poteram salua substantia rei, & pe-



periculū est meū, si res ipsa casu periret, at in mutuata pecunia neq; periculū est creditoris, neq; vbi potest rei usus cuius nullus est nisi in cōsumptiōe, deniq; pecunia neq; natura absolute neq; negociatiōe pecuniā parere potest, nisi cū periculo perdendi ipsam.

7 Quid igitur nullo casu pecunia absque vltura pariet pecuniā, sine periculo? & videtur posse, finge frumentum Vinum vel Oleum, vel alias merces in Sicilia viliori pretio vendi, tu nauem operariam, seu frumentariā paratā nauigationi habes, pecunia careregō Romę existēs, vbi hęc magno pretio venduntur pecuniā in arca habeo nulli vbi destinatam, & cum lucrum maxime speretur, si merces illæ ex Sicilia asportetur, quod tu sine pecunia, ego sine nauis facere nō possumus, cōuenit inter nos, vt ego deim pecuniam mille, qua his mercibus, opera, & nauitua, emptis, & Romam asportatis huic insulæ participes simus, quo pecuniam hanc ad triplūm crescituram verisimile est, & ita duceas meos mille hac negociatione alios mille reddituros, tibi vero ob operam, & nauim alios mille, contractus hic societatis ita initus, vt damni, & lucri participes simus, legitimus est, & ab usuraria prauitate remotus, cum mere societatis sit, sed finge alium mercatorē huius negociationis certiorē factum hęc lucri spem, quod futurum mille verisimile est quingentis aureis a me emere, vt hoc lucrum quingentorū & capitale mihi factum & sine periculo sit, certe & hic secundus contractus nullū continet vitium, quia hęc spes & emi, & vendi potest, vt in dicto l. si actum reus de actio. empti, & in dicto l. neque emptio de contrah. emptio. & probatur in l. periculum ff. de nautic. fæno, ecce quod pecunia mea recte pecuniā

parit sine periculo, quod si hoc licet cum duobus contrahentibus efficere, quare cum vno non licebit? vt tecum qui nauim habes hanc conventionem facere possim, vt mihi pecunia mea cū quingentis lucri nomine salua sit, cū regula iuris sit, vt contractus qui fieri cum pluribus possunt, fieri possunt & cum vno, vt voluit D. Nauarrus in suo manual. confesso. in c. 17. in nu. 255. Et in materia usurariū in c. 1. 14. q. 3. sed licet ipse nō, alleget est expressum in l. singularia ff. si certū petat. ibi: *Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc in eadē persona recipiendū est.* et licet ab Vlpiano, illius legis auctore, videatur dissentire Africanus in l. qui negotia ff. mada. vt animaduertit Cuius. in lib. 8. obseruationum in c. 8. id tamē eo pertinet, vt contractus mutui consistere possit, vel quod alius sit contractus, non tamen vt conuentio illa seruanda non sit, in quo nulla est controuersia, quod sufficit ad propositā a nobis quæstionē, et facit tex. in l. si tibi pecuniā ff. si certum petat.

Verū tñ est qd licet regula p̄dicta vera sit aliquādo tñ prohibetur fieri duo contractus ab vno, qui tamen permittuntur fieri a pluribus seu duobus, licet D. Martinus dicat non esse tex. in mundo, sed errat, nā hoc est expressum in l. si sub imagine C. de distractio. pigno. & in multis alijs iuris partibus hoc idē potest obseruari, nam si Titio quingentos aureos donē, Semprio totidē similiter & Cajo sine insinuatione donate possum, sed vni eorū hęc omnia sine insinuatione donare nō possū, sicut etiā possūci, qui partē solū capere potest totū cum alio legare, cū tamen nō possim ei soli, hoc etiam cōtigit in legibus nostri regni, in quibus potest quis facere vnicū contractum non duos, licet diuersæ persone

D. Mart. Error.

facere eos possūt, potest enim quis locare fructus, nō tamē eos vendere alij potest, cuius legis ad aliud fuit memor idē D. Mart. in codē fo. & ob eā millies regibus nris b̄nedixit indicto v. n. 30.

Itē in eisdē legibus in l. 22. in tit. 11. in lib. 5. in noua copilatio. vnus & idē phibetur facere duos contractus, qui in pluribus sunt pmissi, nā mercatores phibetur emere p se, vel per alios qd ipsi semel viderūt, quod originē habuit ex dicto l. & qui sub imagine, sic p cōtrariū potest quis cōtrahere matrimoniu cū quilibet ex duabus sororibus, sed non cum vtraq; etiam successi vis temporibus, etiā altera postea mortua & probatur etiam in l. cum ipse tutor C. de contrahend. emptio.

Sed quid opus est multa de hoc dicere cū habeamus in hac materia usurariū tex. expressum secundū intellectū cōmunē, quē ipse D. Martinus pbat in c. nauiganti extra de vsur. vbi tex. inquit *Nauiganti, vel eunti ad nūdimas certam mutuan pecuniæ quantitate eo quod suscepit in se periculum re cepturus aliquid ultra sortem usurariuse est censendus.* Ecce tex. vbi prohibetur mutuant aliquid ppter periculū affecurationis, quā vocāt, accipere, cū possit hoc tertius, vel ipse, si tertio affecuraret, accipere, & idem D. Martinus hoc notat in nu. 5. vbi inquit *Esto nō cōprehende al quē affecura sin prestar y al otro si.* qui intellectus verisimilis est, quādo affecuratio fieret simul cū ipso contractum tui ante eius perfectionē, secus si eo iā perfecto nulla cōuentione tacita vel expressa pcedente, quæ est singularis interpretatio ad illū tex. vt inf. dicemus, licet ad dictum. c. ipse posset respondere, vt intelligatur quo ad forum exterius, nō in consciētē foro tamē, hoc nihil obstat, cū de foro exteriori agatur,

pterea qre dictus tex & dictæ leges, cū iustæ sint, non obligabunt in consciētia, licet ad tollendas fraudes sint induta, nam & omnes leges, quæ solemnitate inducunt obligabunt in consciētia, nam sine insinuatione nō poterit quis in consciētia donata vltra modum retinere, multa his similia adducere possemus, & hoc licet quo ad dictum c. nauiganti sit dubium, quia non expresse prohibet, sed indicat, quo ad dictas tamen leges verisimū est, licet etiā in dicto c. dici posset & phibitionē in esse, deniq; in multis iuris partibus possunt fieri actus inter plures, qui non possunt fieri ab vno, sed vt diximus regulariter verum est, qd in pluribus psonis accipitur, & in vna accipiendū esse, vt Vlpia. ait, quia vnus in cōtrahēdo potest fungipsona duorum multiplicandō contractus.

Et vt clariū hoc intelligatur finge contracta prius prima Societate cum Titio Romę existente, & domino nauis, ita vt Titius mille aureos ponat, & dñs nauis nauē, & operā suā partibus dñi, & lucri equalibus cōstitutis, postea dñm nauis a Titio petere, vt lo colucri quod ad partē suā expectabit, cōtētus sit quingētos aureos finita negociatiōe saluos sine periculo accipere vltra suū capitale mille, omniaq; picu lo suo dñm nauis recipere soluedā dict. merci. veditis, dñiq; velle affecuratiōē, quā vocāt, facere, quā tertius facere posset, scilicet vt cōtētus sit Titius solū quingentis aureis pro lucro, qua cōuentione sperat dñs nauis cōditionē suā lōge facere meliorē, quam erat expriori cōtractu, vel finge si grauis hęc summa videtur quingentorum solum trecenta, vel ducenta, vel 100. nihil enim interest, pmittere dñm nauis, quæ vsura ira in paucis consistere potest, licet & in multis, nā vsurarius erit q mil

le aureos mutuatur, ut ultra sortē v-  
nus aureus sibi singulis annis detur,  
sicut si 100. stipularetur, licet impro-  
bior hic sit, sed uterque est usurari-  
us, quia differunt secundum plus &  
minus, non differunt in substantia,  
ut in l. si ff. de fund. instruct. quāvis  
alia ratione improbius dici possit,  
qui ita leui lucro & tentationi suc-  
cumit, sicut dici solet de eo, qui cū  
deformi & turpi foemina fornicat-  
ur. per glo. in c. furante 14. q. 6.

Si ergo diuisim hæc fieri possunt &  
ab eodē etā diuersis, quare nō simul  
& breui manu fieri poterit, si lucrū  
magnum sit verisimile, imō ob ocu-  
los obuerferet? & quare huius mag-  
ni lucri pars certa promitti non po-  
terit? ut alia remaneat, apud domi-  
nū nauis, nam ille pro opera sua, &  
nauis verisimile est habiturum alia  
mille, & facta ista conuentione ad-  
minus verisimile est lucraturū alia  
quingenta, quibus ille dubius euen-  
tus, qui ex cōmuni opinione dubius  
nō est, mille quingentorū sūma re-  
dimitur, & ita iste totus contractus  
videtur legitimus, quid dicemus? an  
ex Societate poterit quis certum lu-  
crū stipulari citra omnē periculū?  
an potius usurā iudicabimus, quod  
contractus iste in mutuū conuertra-  
tur? arg. l. certi cōdictio in §. depo-  
sui ff. Si cert. petat, quasi hæc cōuen-  
tio notissimos terminos Societatis  
egrediatur mutuūq; usurariū fiat,  
argumento l. lucius ff. de pos. &  
probat. eleganter in l. hominē in  
§. quoties ff. eod. tit. ibi eorū, qui po-  
stea usuras acceperunt ratio nō habea-  
tur, quasi renunciauerint deposito,  
Sic in specie proposita ex Societate  
videtur fieri transitus ad mutuū v-  
surariū, cū periculū debeat esse v-

nius folius, lucrū vero certū ex par-  
te alterius, quid dicemus? certe hic  
casus adeo rarus est, totq; circumstā-  
tijs vallatus, ut etiā Si legitimus fo-  
ret, nō inde regula erit asumenda,  
alioquin facillime irrepent vsuræ,  
plura enim concurrunt, quæ non fa-  
cile coniungi poterūt. primū quod  
ex in cōsuetō casu, & quasi illius ob-  
latō occasionis fructus colligere vi-  
dear, nō ex sola pecunia mea, neq;  
ad mutuū motus, sed ad Societate,  
si enim pecuniæ suæ non oblata oc-  
casionē tali extrinseca, sed pecuniæ  
ipsius fructū nō negotiōnis quaerit,  
usura contrahitur manifesta.

Quod hæc occasio ad euidētē præ-  
se ferat utilitatē, ut partē lucri cer-  
tā sibi reseruando, & periculū redē-  
mendo, potius damnum ex grandi lu-  
cro, quam lucrū eligere videatur, si  
enim nō adeo esset verisimilis utili-  
tas dñi nauis ita patēre esset mani-  
festa usura, Sed neq; adhuc hæc fati-  
facere videntur, nisi & optio detur  
dño nauis pecuniā accipieris, utrū  
potius velit quingentes lucri nomi-  
ne certos, vel dubiā partē dño pe-  
cuniæ relinquere, ita ut liberū ei sit,  
vel habere sociū, vel prædictis quin-  
gentis a Societate expellere, in qua  
specie legitimus videtur hic cōtra-  
ctus, & ab usuria prauitate alienus;  
nā ex prædicta optiōe purgatur om-  
ne vitium ut est expressum in l. Si ita  
stipulatio ff. de oper. libertō. Si recte  
consideretur, & nos interpretati  
sumus supra in lib. 5. circa l. gallo in  
principio in n. 46. & 47. ff. de li-  
ber. & posth. vbi omnino videatur,  
& hoc probat elegantissime Terē-  
tius Clemens in l. si ff. qui & a quib;  
vbi interpretando legē aliā, quæ  
prohibet alibertus pecunias exigere

re, & operas stipulari, permittit in-  
quit, is qui operas, aut in singulas  
certam summam promissit, ad hanc  
legē non pertinent, quia operas præ-  
standa potest liberari, & ideo leges  
nostri regni, quæ iubent, ut non va-  
leant cepus in tritico, soluendo,  
vel alijs fructibus forsā interpretari  
deberēt, nisi debitor id soluere eli-  
gat, qd maximā equitatem habet.  
Sed quid si hæc optio deficiat? quid  
denique si prius inter dominū pe-  
cuniæ & alium mercatorē ita con-  
ueniat, ut si cum domino nauis po-  
sitis mille aureis societatem cōtra-  
ha. pro emptiōne dictarum mer-  
cium, ipse, pro lucro partis suæ  
quingentos, indemnes promittat,  
an ita contrahere liceat, quod si li-  
ceat, quare non hæc omnia cum do-  
mino nauis dominū pecuniæ in  
cautionem deducet? Sed negari uō  
potest hoc suspitionē habere, cū  
ex promissione præcedenti ad mu-  
tuū cum fenore potius, quā ad so-  
cietatē accedat dominus pecuniæ,  
& ita potius lucrum ex personali  
obligatione, quam ex negociatio-  
ne videatur spectare, vel querere,  
ideo verius puto hanc speciem lon-  
ge a superiori, in qua optio offertur  
differre, nam in hac mutuū potius  
necessitate, quam arbitriū libero  
lucrū offertur, & color quaeritur,  
ut fraus legi fiat, nam si ita euidēs  
est lucri spes, non grauatē optionē  
pecuniā accipienti concedere de-  
bet, quod si non adeo sibi arridet  
hæc spes, ergo lucrū a pecunia nō  
a negociatione expectat, ideo cer-  
tam lucrū pro incerto accipiendo  
vsurariā prauitatē cōmitti, verius  
igitur est prædictos contractus v-

surarios, & illicitos esse, non enim  
ex eo quod tu ex pecunia mea mul-  
tū lucraris, ut quia mille vel dam-  
no magno propter eā liberatis, etiā  
vltra centum millia, ut si pecunia  
mea cōmissū vires maioris quā ti-  
centis, vob millies, vel si hæc  
erat lucraris, opulētā implendo  
eodē modo de dandis mille, non  
inquit, quod ex pecunia mea talem  
cōditionem cum magna utilita-  
te impleueris, ob id ex mutuo me  
possū ante partem illius utili-  
tatis exigere etiā minimā quin  
usura sit manifesta, ut dicemus in  
c. sequen. de pig. lucrū debitoris  
non efficit iustam causā creditoris  
nisi ex negociatione ex qua peri-  
culum inesse possit, id lucrū præ-  
cipiat non certum, sed ex euenru,  
12 Præterea ut infra latius ostendē-  
mus subtrahitur ab initio per istas  
cōuentiones materia contractus,  
sine qua consistere non potest, &  
ita licet assecuratio & a tertio, & a  
contrahente fieri possit sine crimi-  
ne, & vsuraria prauitate, tamē a  
initio ante perfectionem prioris  
contractus, neque debitor, neque ex  
traneus id facere potest, quia pec-  
unia sine negociatione dantis vel e-  
ius periculo pecuniam parere nō  
potest, quod esset in propositis spe-  
ciebus, quod sine usura contingere  
non potest, nam si id fiat cum  
tertio, ante tamen perfectionem  
prioris contractus ei adiungitur,  
& parcius efficitur, non enim ali-  
ter contractus esse, nisi præcedē-  
ret ea assecuratio, quæ efficit ut ni-  
hil ego aliud in effectu quam mu-  
tuum cum lucro efficiam, & ideo si  
tibi credam mille aureos ut emas  
tri-

triticum, ita vtilucrum ex negociationemih iacentum sit securum, promittente id Caro, vt id quod super sit ipfius Caij, inter me & Caium, vfura est manifesta, na breui manu occultatur contractus, vere enim inter me, & Caium contractus hitur mutuuum, & inter Caium, & te societas vt in simili dicitur in l. singularia in ff. si certum petat, quod etiam eleganter dicit vlpia. in l. 3. in §. si debitor ff. de donat. inter viri & vxor. ibi, *celebritate communiendarum inter se actionum ex nam actione occultari*, quod si perfecto iam priori contractu libere & non necessitate prioris contractus, expressa vel tacita hanc affectu ratio fiat, legitimissima est; & omni vitio remota, multum enim intere est vt infra ostendemus per l. pretij causa, C. de rescinden. vendi. quod ab initio vel ex post facto id fiat, licet contrarium male teneat, R. D. Dominic. de Soto in lib. 6. de iusti. & iure, in q. 6. in artic. 7. & D. Martin. Nauar. in dic. c. 1. 14. q. 3. in num. 34. ex quibus multa quae ibi ponuntur sunt periculosa, sed haec infra la rius interpretabimus in materia censu, quorum ergo haec omnia praelibauimus, ideo ea agrediamur.

13 In censibus igitur ex his omnibus supradictis prima regula constitui potest, vbicumque praexistit materia apta ad emptionem & venditionem, vera & non imaginaria, non composita, vel conficta licite census redimibilis vel simplex constitui potest, non minus quam si res aliae vendantur, exempli gratia, Princeps ex vectigalibus suis quolibet anno habet centum milia, ex his

potest vendere ius percipiendi, ceteram cum pacto, de retrouendendo, vel sine eo, absque vfuraria emptoris prauitate, licet possit etiam alia cadere in iustitia, scilicet exigui pretij, nam praexistebat materia antequam hic contractus mirretur ideo legitimus est hic contractus, & lege civili canonica permittitur, neque obstat quod infra dicemus quod vtrunque sit pecunia, quia hic non venditur pecunia, sed ius percipiendi, iam ante formatum & productum.

Itaque si quis habeat annuos redditus legitime constitutos vel ex vectigalibus, vel ex iure emphiteotico, potest eos vendere, vel eorum partem cum pacto de retrouendendo & tutas erit in foro exteriori, & conscientiae emptor, sicut si aliam quampiam rem emeret, quia praexistit materia ante contractum.

Si vero materia non praexistat ante contractum, sed producitur in ipso contractu, tunc si materia est cognita de iure communi, & approbata, qualis est materia, quae licet non sit actu tempore contractus, est tamen potentia, & idem erit, veluti si vendas vsum fructum praedij tui, cuius eras plenus dominus, licet in eo non esset ante venditionem vsum fructus formalis, qui est seruirus, quia res sua nemini seruit, vt in l. vt frui. ff. si vsum fructus per. et in l. neque pignus. ff. de reg. iur. educitur tamen de potentia materiei per venditionem illud ius, et ita vsum fructus, et quaelibet seruitus potest constitui venditione, vel donatione, vel alio contractu, vt in l. 3. ff. de vsum fruct. et in §. con-

stitui

stituitur in fidei eodem tit. & vt dixi de potentia materiae extrahitur, & efficitur vsum fructus ille, qui ante erat materialis, & causalis per adiectionem formae.

Si vero materia non est cognita de iure communi, neque ordinaria, sed quaesita, & tunc res est in difficili, quia videtur color quaesitus vt pecunia sterilis concipiat cum voluptate, pariat autem cum dolore, & iniquitate, & sine materia inducitur forma, & obligatio, quae sustineatur solo consensu, quod fieri non potest in obligatione, quae debet contrahi, vt probatur in l. rogasti, in §. si tibi decem, ff. si cert. petat. ideo vfura ex mutuo, quod sola re contrahitur non naturalis est, sed naturae aduersa, & ita in censibus in quibus contrahentes non habent intentionem fructus emendi, sed pecuniae certum fructum quaerunt, non sunt vfurariae prauitatis ex partes, intentio enim haec sola faciet contractum vfurarium & prohibitum vt probatur in l. fin. in §. si. ff. qui & a quibus. vbi hoc est expressum, in versi. & adducit, quem infra referemus, cuius enim finis malus est, ipsum quoque est malum, & quod intentio sola in vfura sufficit volunt doctor. in c. ciuitate de vfur. vbi Annani. ante numer. 14. & nota quod non erit haec vfura mentalis tantum de qua per docto. in c. consuluit de vfur. & in dicto tracta. de contract. in princip. in num. 7. sed realis, & actualis, quia ex conuentione accipitur ultra sortem in toto contractu qui intentionem occultet.

15 Sed vt rem penitus inspiciamus

cum horum censuum constitutio ad contractum emptionis, & venditionis reducat, videamus quae sit emptionis natura, & in primis vt supra tetigimus, certum est quod contractus emptionis et venditionis ex sua natura in obligatione personali consistit, ita vt siue fundum vendam, siue meum siue alienum, non ex hoc ius in re constituitur, sed obligatio personalis oritur adeo quod si postea vendam alij vel donec et tradam iste secundus dominus fiat vt in l. quorties. C. de rei vendicatio. et in §. per traditionem institu. de rerum diuisio. quinimo si fructus praedij mei pro decem, vel alijs annis tibi vendam, et re alij postea simpliciter donem, et tradam secundus ad fructus prius venditos non tenetur vt in l. fin. in §. fin. ff. de contrahen. emption. et ita vendendo census secundum naturam emptionis, non videtur transire ius in rem, sed non est contrarium emptioni quod hypotheca pro firmiori contractus obseruatione adijciatur vt in l. res hypothecae ff. de pignoribus vt supra diximus.

16 Sed quid hypotheca faciat videndum est, non enim solet naturam contractus mutare, ideo re tradita a domino euanescit cum obligatione personali, si vero aliena sit pro cuius iustione seruit, si vero res non tradatur, id solum in hypotheca venit, quod in actione personali comprehenditur, scilicet vt ad id, quod interest emptoris teneatur venditor vt in l. r. ff. de actioni empt. hypotheca enim, & aliae obligationes apud pedes non mutant contractus

cui

cui accedunt naturam, vt in regula accessorium de regul. iur. ideo natura censuum nostrorum est in difficili, nam si personalis est obligatio, videtur repugnare perpetui rati, si vero esset ius reale constitutum super re, ea alienata vel perempta debitor, cum non possideat ab obligariæ reali est liberatus, sed res ad emptorem transfret cū sua causa, vt per dict. tit. C. si. cens. vel reliquidum vendi non posse, 17 ideo non impeditur alienatio, vt in l. r. §. cum prædium, ff. de pignori- bus, & in l. iusto in §. non mutat ff. de usufructu. sed census hodierni videntur quædam habere mixturam, quæ rem difficilem reddit, cū persona & res obligetur principaliter, non solum iure hypothecæ, & tamen venditiones appellantur, vt in extrauaganti Martini, & Calisti, qui vocant, & permittunt hos census cōstitutiones, seu venditiones, q̄ dicendū ego puto q̄ vere sint venditiones, sed venditio nō est dominij rei neq; obligatio nuda personalis, sed venditio similis ei, quæ sit de usufructu, vel seruitute, quæ transfert ius in rem, & rem sequitur quocunq; vadat, nā si quis seruitutem vendat ius in re per patetiam constituit, si dominus sit venditor, alioquin personali actione de euictione tenetur. facit tex. in l. 3. ff. de usufructu. & in l. 5. ff. de seruitutibus. sed re perditā, vel destructā, vel infructuosa affecta cessabit census, quod si contrariū cauetur, mera est usura cum sine materia remaneat, quinimo cauere id non potest vti in l. non moriturū. C. de contrahend. & committi sti-

pulatio. & ita in constitutione Pij v. cauetur vt inf. dicemus, verum est, quod hoc ius census antedictas extrauagantes inter priuatos erat incognitum, sed reipublicæ vel principibus sæpe hoc ius reperitur concessum, vt in dict. tit. sine cens. vel relinquis. & in tit. C. de censibus. qui census etiā tributum nomen fortiebatur vt in l. forma in §. si vero quis ff. de censibus. & in l. 2. C. in quibus causis. colo. lib. 11. differre bant autem census & tributum a vectigalibus, quod hæc etiam de rebus mobilibus, & mercibus soluebantur, & etiam de prædijs vt in l. imperatores, & in l. licitatio in §. res quæ exercitui ff. de Publican. & vectiga. vt in tit. si ager vectiga vel emphiteutar. census autem & tributa de prædijs, licet personæ censeretur vt in dicta l. forma, & in l. statem, ff. de censibus. solum inter priuatos erat cognita emphiteusis, cuius natura fere cōtraria est censibus nostris, qui redimi possunt, cum emphiteuticus census constituitur super rem meam quæ do in emphiteusim, census autem nostri super re omnino, & ante, & nunc aliena, neq; quod aliqui fingunt in his nostris censibus re datam, & restitutam censu constituto, sustineri potest, quia eodem tempore & contractus & distractus concurrere nō possunt, à quocunq; incipias, vt in l. qui sic soluit ff. de solutio. facit tex. in l. qui hominem in §. fin. eod. tit. & in l. cum is in §. 1. ff. de cōdictio. iadeb. ideo hic circuitus imaginarius est, confictus, & simulatus, non verus. Denique prædicti census admittendi

tenti sunt, sed non indistincte, alioquin sublatis vulgaribus leuioribus vsuris, grauioribus & deteriores admitterentur, illud nemo negabit census vt hodie communiter fiunt idem detrimentū afferre reipublice, quod vsuræ attulerant, ne dicā maius, sed interim quod non prohibentur dum sua materia & forma constant non sunt reprobandi, si enim esset defectus in materia, vel forma non poterunt sustineri, ideo fit regula vbi cumque in contractu census esset defectus talis, qui efficeret vt emptio vitaretur, vel emptor non teneretur, idem in censu erit constituendum, quia cōtractus emptionis & venditionis est.

Finge te emere sup prædio meo censum 20. coruim frumenti re etiam ipsa & ceteris bonis obligatis quod prædium vel non reddere dicta 20. imo neque decem certo scimus, ideoq; fructuū inter nos rationem habitam non esse, certe neq; in vulgari venditione ex vendito agi posset, quia sciēs emi rem, quæ verisimiliter nō erit, ideo ad pretiū tantū, quod dedisti agere potes, nō ad redditus, qui non sunt, vt in l. domum & in l. neque emptio ff. de cōtrahend. emptio. neque regulariter ignorantia emētis in hac re excusabit, quia siemens istos annuos redditus quid reddat prædium non exquirat, manifestissime ostēditur nō fructus emere velle vel aliquid quod ex illius prædij redditu colligatur, sed pecuniam pecunia emere colore quæsito, & falso illius prædij pretextu, quod animum vsurarium detegit, & ita vbi cumque rē, super qua census imponitur, verisimile

est tantumdem fructuum non reddere, quantum in emptione comprehenditur, natura emptionis exceditur, & in aere super obligatione personali vsuraria, residet cōtractus, si vero res eos fructus veri similiter est redditura, sed vt futuri euentus casum vitet carius comparat, & ad maius pretium rem reducit, videtur legitime fieri posse etiam si ad pecuniam census reducat, quia futuri euentus periculū dāno pecuniæ compensatur, finge vineam estimationis mille, reddere fructus decem si digulis annis, venditurus vineam egēs, reperit emptorem cum pacto de retro vendendo, qui dat mille certe carius emit, cū sine pacto hoc tantum valeret mille, finge non emere rem ipsam, sed fructus decem cum prædictis mille ira vt secura sint dicta decem, videtur etiam non grauari venditor, cū prore quam omnino erat distracturus simpliciter eodem pretio reperit pecuniam, cum pacto de retro vendendo, vtilior certe est hic contractus venditori, quam contractus simplex venditionis, cum illud pactum de redimendo pretium auget cuius pars est, vt in l. fundi partem ff. de contrahend. emptio licet etiam periculū, quod illa decem erūt certa pertineat ad venditorem, ideo videtur bonus esse hic contractus totus & sine aliqua vsura cōtrahi.

21 Sed adhuc hæc res est indifficili, primo quia hæc cautio, quod fructus erunt certi, non videtur iure approbari, imo mala est hæc conuentio vt in l. non moriturū C. de contrahend. stipu. & quamuis casus fortitos possit quis in se suscipere

Selectarum interpretationum

vt in l. fistulis in §. si. de contrahend. empt. tamē id non reperitur in iurē vt fiat taxata certa fructuū quantitate, item licet pro certo tempore vnius vel alterius anni id fiat, tamen in contractu perpetuo præfertur iniquitatem, quæ in his contractibus limitrophis, & affinis, & cognatis vsurarum facillime pariunt vsuras, & hoc quando census constituuntur in fructibus, qui ex illo prædio colliguntur, si enim reducuntur ad pecuniam difficiliorem exitum habet cum emptionis materia deficiat, ideo tota hæc materia censuum in pecunia difficilis est, & periculosa, etiam si longe plus reddat fundus quam sit census, quod manifeste ostenditur.

22 Nam in emptione, & venditione ex parte euentis requiritur pecunia, ex parte vendentis requiritur merx. alioqui non potest consistere venditio vt supra diximus per l. r. circa ff. de contrahend. emptio. & probatur in l. r. in principio ff. de rerum permutatione, ergo si vtrunque est præteritum non potest esse venditio, ideo si census reducitur ad pecuniam pecunia emetur, & ita non est venditio, sed vsura manifesta, nam licet constituto semel contractu venditionis & iam perfecto pecunia possit reduci ad mercem, vel merces ad pecuniam, neque corrumpitur venditio vt in l. pretij causa C. de resandend. vbi probatur quod si emi rem centum aurijs, & postea non habens pecuniam pro illis soluendis dem in solutum aliam

23

rem, non corrumpitur perfecta venditio, sicut neque corrumpitur si postea pretium mihi remittas vt dicitur rex. in l. Si tibi habitacionem ff. loca. vbi inquit Vipia. *Si tibi habitacionem locauero, mox pensionem remittam: ex locato, & conducto agendum erit.* & ibi notat glos. & in lege secunda in §. r. ff. de contrahenda emptio. tamen si id fieret ab initio ante contractus perfectionem subtrahitur materia contractus, ideo corrumpitur venditio, & ita si vendo tibi rem centum, & antequam perficiatur contractus reducitur res ad pretium puta centum & decem vt illa tibi dem loco rei corrumpitur venditio, quia vtrunque est pretium, ita eodem modo si constituo census decem quolibet anno pro mille, cum vtrunque sit pecunia non potest esse venditio, & idem si fructus prædij vendam dictis mille, & ante perfectum contractum reducatur ad pecuniam decem pro quolibet anno, quia subtrahitur materia ab initio, quod corrumpit contractum, & efficitur alterius naturæ incestæ, & adulterinæ cū filijs Loth, quæ ex patre conceperunt, & ita pecunia parit pecuniam, licet. D. Martinus Nauarrus in mannali sua in c. 17. in nu. 255. & in dict. c. r. 14. q. 3. dicat nihil interesse hæc conuentiones fiant in simul vel ex post facto, quod supra iam ostendimus esse falsum. quia factæ ab initio egrediuntur notissimos terminos contractuum, & subtrahunt materiam sine qua consistere

consistere non possunt, & distractus, qui fit a principio, vel mutatio efficit, vt nunquam ille prior contractus fuerit vt in dicta l. qui sic soluit ff. de solutionibus, ideo illi, qui consanguunt substantiam census dicendo, quod videtur em prædium, & statim vendi retereis fructibus, illos postea pecunia redemptos non vident se finire iure id non concedente, & vane fingere, cum potius contractum destruant, quam componant, quo fit, vt contractus iste alienis vestitus plurimis facillime denudetur, neque interest hoc forsitan vtilius venditori esse, quod rem non omnino amittat pacto redimendi adiecto, quia melius esset illi rem amittere, quam totam substantiam vsuris consumere, vt semper contingit, & esto vtilius ei esset hoc non efficit, neque efficere potest vt contractus sine materia subsistat, nam & vtilius mihi est vsuræ nomine vnum numum pro mille soluere singulis annis, quæ res vili prætio vendere, sed non ideo minus creditor sub hac leuissima vsura mutuans est vsurarius vt dictum est.

25 Ex his igitur sit .r. conclusio, omne pactum quod subtrahit materiam emptionis, & venditionis, efficit vt census non sit recte constitutus, quia cum sit emptio, & venditio necessario debet substantialia contractus continere neque partes in illis possunt aliquid in hoc supplere vt dictum est ex hoc census qui ad pecuniam numeratam constituuntur magnam continent difficultatem, neque

aliquis eorum qui illos examinat hanc difficultatem ponit, cum tamen in primis materia & forma contractus esset expendenda ne super falso fundamento edificetur.

26 2 Conclusio naturæ emptionis, & venditionis non repugnat, vt census super omnibus bonis imponatur, cum & fructus bonorum meorum & bona mea in totum, & in partem vendere possim, quam tamen animus contrahendi mercem respiciat, non pecunia partem quærat colore qualis, vt ferre omnes, qui census mercantibus faciunt, sed quia hæc emptio generalis, & indiffereta super omnibus bonis est suspecta, non enim passim omnia bona quis vendit, ideo quia insolens est hic contractus & iniquitatem & vsuraria prauitatem præfert, est prohibitus in constitutio. extrauagantis Pij V. in qua est ordinatum, vt census constitui non possint, nisi super re certis finibus determinata.

27 3 Conclusio, pactum appositum in redemptione facienda census vt non possit pro parte, sed in totum redimi, vel nisi vltra certam quantitatem, si alias census legitimus est, nullum continet vitium, licet aliqui id non recte existimauerint, quin imo etiam si ita cautum non esset iure communi venditor id exigere potest, vt in totum non in parte fiat exolutio vt probatur in l. tutor in §. Lucius ff. de vsuraria & dixi latius in lege secunda in §. & harum ff. de verbo obligatio. in istis select. interpreta. & videtur

tur expressum in l. si non fortem in §. Si centum ff. de conditio. in debit. neque enim, qui census centum emit, emit separatim quinquaginta, ideo solidum pretium, non eius partem accipere compellendus est, etiam si id expresse cautum non esset.

29 4. Conclusio, quod res & persona obligentur non aduersatur naturę emptionis, & venditionis vt sup. ostēdimus, sed quia natura emptionis est, vt re tradita à veditore rei suę, is liber remaneat, neq; sit obligatus perpetuo, cum res noneuincatur, idē dicendū est in his cēsib9, vt si super re mea fuerit impositus, ita vt in emptorē ius trāsierit liber sim, & securus ideo re alienata, vel perdita liberor, res enim alienata tranlit cum onere suo, vt de usufructu, & seruitute vendita diximus, re autem per empta cum pereat Domini periculo, & illius, qui habet ius in re etiam liberor, & conuentio contraria iniusta, & iniqua est, vt in l. non moriturum C. de cōtrahend. stipula. & ita indict. constitu. Pij V. cautum est, vt si res infructuosa in totum, vel in partem fiat, id periculo sit pro sua parte emptoris census, quod pie sancte, & iuste constitutum est.

30 5. Cōclusio, si emi cēsus super re aliqua legitime bona fide iuris regulis obseruatis, solemnibus emptionis expletis, quę postea reperitur aliena, quę tandem euincatur, possum liberer ecuperare pretium quod dedi, & damna, & interesse ratione euictionis illata, vt in alijs emptionis cōtractibus fit, indamnīs autem & id quod inter-

est venit etiam & pretium datum, & quantitas censuum vsque ad diē restitutionis, quia a pparet de lucro cessante ex eo, quod sup re nō tua, sed aliena censu a constituiti, nam si non esset aliena hęc inihi deberes, non ergo debes esse melioris conditionis, quam si non delinquistes, facit rex. in l. venditor hominis ff. de euictio. & hoc certum est, cum hoc sit interesse non extrinsecum, sed in trinsecum, vt in l. si sterilis in §. quam vis, & in §. quia per venditorem, & in l. Iulianus in principio & in §. 1. & sequent. ff. de actio. empti. quia venit quanti interest cōstituisse venditionem.

31 6. conclusio, censum super personam liberam constitui posse qui dam existimant sicut super prædico, & inter eos sunt grauisimi auctores F. Domini. de Soto in lib. 6. de iusti. & iur. in 45. arti. x. & R. Episcop. Segobienf. in lib. 3. varia. resol. in c. 7. in nu. 5. qui loquuntur de isto censu redimibili, nam de eo in quo pecunia data perditur, inf. dicemus, & hęc opinio prædictorum probari videtur, quia si gratis potest quis promittere soluere aliquid singulis annis, multo magis accepta pecunia, & hoc etiā tenet auctor tract. de contractu vf. in principio in nu. 22.

Item potest quis operas suas vel annuas vel mēstruas vendere, argumen. l. hominis quoque liberi ff. de usufruct. lega. quare ad pecuniam hęc operę reduci non poterunt? & in illis qui operas suas locare solēt valere census cōstitutionē voluit Grego. Lop. in l. 28. in tit. 8.

p. 5. in

p. 5. in glos. magna qui dicit hoc esse de mēte Inocēt. & aliorū in c. in ciuitate de vsuris, vide alias rationes per prædictos, sed hęc sunt potiores.

Certe si hęc opinio admitteretur, frustra prohiberentur vsurę, cum nulla improbius hac possit reperiri, qua omnes iuris regulę corrumpuntur.

Primo illa argumentatio potest quis gratis hoc promittere, ergo potest per pecuniam, efficit, vt quilibet stipulari possit vsuras meras puras, ideo falsa est, possum enim tibi donare decē libere, sed non possum causa mutuatę pecunię vt supra diximus, & latius in lib. 1. in c. 11. id ostendimus vbi omnino videatur.

Item in donatione est alia ratio quia libera est, & non ex necessitate vel indigentia inducta, ideo & deliberatio, & maior libertas interuenit, & licet videatur in hoc cēsu cessare vsuram, quia non cadit mutuū, tamen in venditione cum pacto de retrouendendo, vel redimēdo cadere vsura potest, quia videtur fieri in fraudē vsurarum quando aliqua concurrunt, at hic plura concurrūt quę vsuram ostendunt manifestam, nam licet creditor seu emptor, pecuniam non possit exigere, quod à mutuo videtur alienū, cū in mutuo repeti possit capitale, tamen licet id non fiat expresse, & euidenter, fit tamen sensim, & per partes dum singulis annis pecunia dar pecuniam, & capitale etiam redditur per partes, sive mille datis censum centū super persona tua constituit, certe decem annis redditur capitale te inuito, & remanent mille integra

sive capitale, siue vsuram vocēs, & transactis decem alijs annis, quæro an vsurarium istud mutuū dici possit? quinimo durissima vsura hęc est, cum etiā redditaper partes pecunia ab origine foenoris nō possis liberari, nisi mille quos cōsūpsisti numos aliquis vel Deus tibi largiatur, quofit, vt cēsus etiā nō redimibilis, qui ppetuus dicitur possit esse vsurarius, licet magis in eo mutuū ocul tetur quā in redimibili, quia in hoc citius redditur capitale, in illo lōgiore tēpore, quod vitium vsurę adhuc euidentius est in censibus pecuniarijs qui ad certū tps cōstituitur. licet eos defendere velit R. Episcop. Segobienf. in lib. 3. varia. resol. in c. 7. in nu. 4. quod existimat tantū valere centum aureos statim, & vnica solutione datos, quantum valent centum & viginti, aut centū & triginti tredēcim annis soluenti, sed hac ratione vsurę erūt licitę, quia si industriam tollas, & pecuniam ab omni negociatione semoueas, neque longiori tempore quā parit elephas aliud pariet, quā vsuram, & hac ratione admiffa, quod pecunia tempore solo vtilitatem pariat vsurę licitę erunt, cū tamen iuri naturę diuino, & humano aduersentur, neque quod solutio fiat per partes potest considerari, neque æstimationem recipit aliam, quam vt creditor per partes solutionē regulariter accipere nō compellatur, quia si materiā individuorū recte reuoluimus obligatio dandi pecuniam omni ratione est diuidua, quia eandem vtilitatē affert pars respectu partis, quā totū respectu totius, vide Doctorem

Cōtra  
D. Episcopum



ordinarias conclusiones in l. 2. in §. & harū vbi tex. de verbo. obligatio. & quē ibi diximus, neque quod creditor non cōpellatur partē accipere aliquid promouet, vt pretio certo id estimetur sine vsura manifesta, cū tunc tempus redimatur pecunia, sicut neque quod pecuniā debeā tibi hoc anno, q̄ expectes alio anno ad quod cōpelli nō poteris, efficit, vt hęc dilatio certo pretio aestimari possit, quin sit vsura mera, nā licet ob morā poenā stipulari quis possit vt in l. si. ff. de prætoria stipulationib. si feceris vel nō feceris inf. annū poenā p̄mittis valet, tñ si adijciatur pecuniarię obligationi si nō dederis inf. annum vel mensem p̄mittis poenā, hęc poena ad vsurarū promissionē redigitur, vt in l. si tibi decē ff. de pactis vbi Doctores notant, probatur in l. 3. in §. si. ff. de annu. legat. probatur in l. penam, & in l. pecunię fenebris, ff. de vsur. & in l. cū allegas. C. de vsur. licet R. D. Dominic. de Sot. in lib. 6. de iusti. & iur. in. q. 1. in arti. 4. in r. conclusio. in versic. Sed vtrum, cōtrarium velit errando in re adeo manifesta.

Contra D. de Soto.

35

Itē finge me tibi mutuare mille, sed ita vt gratiā tibi faciā vt infra quatuordecim ānos mihi restituas centū quolibet anno, hoc legitimū est mutuū, sed si aliqd stipuler vltra dicta mille, vt alia decē, erit vsura manifesta, sed quid differt cēsus redimibilis ab hoc mutuo, nisi quod in cēsu adhuc remanet capitale integru, & tēpus estimatur pecunia? ergo peior est iste contractus illo, in quo decē tantū vltra fortem tot annis dantur, ergo in vtroque est

mutuū, & in hoc vltimo cū tēporis vsura, cū vltra capitale redditus soluantur interim dū capitale integre nō soluitur, & in priori specie vsura sit decē tantū, imo minus vno quolibet anno, in hoc vltimo autē cētissima sit vsura, quod si nō super prædio, sed super sola persona imponatur nullū colorē habet contractus, sed est vsura manifesta nullo colore adumbrata, solum interest inter prædictū mutuū, & cēsum q̄ liberalitatē quā exercebatur in illo mutuo quo ad tēpus, in censu reduco ad estimationē, & ita vsura est recipere per partes capitale, & vltra, sicut si nō diuerso tempore, sed semel capitale solueretur vt patet, & ita opinio. R. D. Episcopi nullo modo defendi potest, deniq; cēsum super persona imponere, vsura est manifesta, quia hi contractus p̄ferentur iniquitatem cum iure cōmuni, vel gentiū non sint cogniti, quæ gens vnquā vel natio census super personā cōstituit? p̄terea deficit materia in qua fundetur, in qua enim contractus subsistit si mille accipias super tua persona, vt decem singulis annis soluas cum pacto de redimēdo, quis enim erit iste cōtractus? an emptio? an locatio? an alius nominatus vel inominatus contractus a iure ap̄probatus? non est emptio neque locatio cum vtrinq; nō possit esse in his cōtractibus pecunia, ex altera enim parte debet esse merx, hic vtrinq; ab initio est pecunia, neque q̄ loco operarū id fieri videatur, efficit cōtractū posse subsistere, quia cū ab initio loco mercis pecunia substituat, materia emptio-

tionis, & locationis subducitur, & remanet sine materia contractus & sola forma obligationis subsistit, quæ natura est vsurarū, vt in l. rogasti in §. Si tibi decē ff. si cert. petat. in nominatus autē cōtractus etiā nō reperitur in iure, in quo vtrinq; pecunia versetur, ideo cōtractus iste ex lex est, & iniquus, Neque me mouerit personā obligari posse, vt singulis annis decem det, vel aliud quippiā, quia opus est causam expendere, cū sine ea obligatio non subsistat vt in l. 2. in §. circa ff. de dol. exceptio. ex causa enim vel iustificabitur, vel detegatur vitium, si enim diues pauperi annua decem promittat gratis, optimus est census, & pius, donationis causa ob charitatē constitutus, si pauper gratis hoc faciat prodigalitate p̄ferat, & intra terminos donationis redigetur, vt vltra id quid facere possit nō conueniatur vt in l. Diuus Pius ff. de iur. & in l. sunt qui in id ff. de re iudica. Si vero ob pecuniam id fiat, cū pecunia pecuniā pariat mutuū erit cū fenore occultius, & leuius quanto minor cēsus fuerit, & carius vt dictum est,

37 Quod si in stes potest quis operas suas vendere, ergo poterit quis pretio aestimare, respondebo negādo & antecedens, & consequentiam, quia neq; operę venduntur, sed locantur, neque locari in perpetuum possunt, quia hoc p̄mit libertatē, ideo in homine ingenuo hoc cadere nō potest, vt ostendimus. sup. in lib. 1. in c. 3. in nu. 12. per totum, & probatur in l. Titio centum in §. Titio cētum 2. ff. de cōditio. & de-

monstratio. & probatur in l. pen. cum glo. ff. de obsequ. a patre. præstan. & in l. certū in §. Si quis absente ff. de confess. ibi, *Quia neque qui iurat de operis obligatur*, quia vt inquit Aristotel. rhetoric. lib. 1. *Liberi hominis est haud quaquam alteri viuere*, Et q̄ obligatio operarū non cadat in ingenuo est expressum in l. vt iuris iurandi. ff. de oper. libert. vbi inquit Vlpian. loquendo de operarum obligatione. *Vt iuris iurandi obligatio contrahatur libertum esse oportet, qui iurat, & libertatis causa iurare*. Ecce q̄ ingenuus nullo modo, libertus autē ex vnica libertatis causa ad operas obligari potest, & licet parum dubiæ quæstionis esset vtrum locari operæ nō possint, hoc tñ quod nobis sufficit verū est operas non posse perpetuo locari, ita vt libertas p̄ematur, census ergo operarum constitui non potest, neque si posset, ad pecuniam ab initio possent reduci, & ita consequentia bona non est, licet R. Episcop. eā admittat, quia vt diximus subducitur materia emptionis, & venditionis, & pecunia vtrinq; constituitur, quæ nulli contractui nō vsurario est apta materia, hanc fraudem aptissime describit Terentius Clemens in l. si. ff. qui & a quib. vbi ex octaueno ita inquit, *Obligare sibi libertum, vt mercedem operarum capiat, is intelligitur qui hoc solū agit, vt utique mercedem capiat etiam si sub titulo operarū eā stipulatus fuerit*. Facit tex. in l. adigere in §. stipulatus ff. de iure patronat; deniq; emere, vel locare operas ad pecuniam ta-



xatas vsura mera est, cum pecuniā locare nihil aliud sit, quā vsurā exercere, non enim pecunia emitur pecunia, vel locatur, cum ex parte alia debeate esse merx, ex alia pretiū, & reducendo ad pecuniam materia contractus sub ducitur, licet prædicti clarissimi Auctores hæc nō viderint, ideo ad miserunt census super personam, melius hoc vidit. D. Martinus Nauarrus qui contrarium tenet, licet neque ipse, neque alius ita declarat, in comentar. c. 1. 14. q. 3. in n. 90. cū sequēt. hodie hoc est expressum in dict. extrauagant. Pij. V. x. edita anno. 1569. quæ disponit vt cēsus constitui nō possint, nisi super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur & sui natura fructifera,

Fructiferam autem intellige secū dum subiectā materiam, vt eius fructus ad census exoluendos sufficiāt vt in l. quos nos, in §. locuples ff. de verbo. significatio. & in l. si vero in §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisf. cogant. sed an hoc in quolibet anno vel in vniuersum cōstitui debeat, non est nunc disputandū, vid. tex. in l. ex eo vino. ff. de vino triti. & ole. lega. & tex. optimum in simili in l. si duorum fundorum, ff. de actioni. empt. vi omnino quæ diximus in tit. Delega. 2. in l. 2. vi. l. si ex Duobus quæ est §. eod. tit.

Neque argumentum aliquorum qui putant se subtiliter rem expendere dicendo nos agere fæneratorū causam, qui cautius eos volumus negotiari, quam super persona sola, aliquid valere, quia cuius cumque fauore, vel damno id fiat contractus sine materia subsistere non potest, ideo nos veritate constituimus po-

tius quā fæneratorū causam, aut vt contra eos solum disputemus, ideo leuissima sunt hæc argumenta, quibus vtitur contra fæneratores. auctor tract. de cōtract. vsur. qui adeo ipsis fauet, vt contra ius diuinum, & ecclesiæ determinationem velit vsuras esse permissas, ex supradictis in ista conclusio. plures etiā possent cōclusiones notabiles elici, sed alijs omissis.

Not. oēs contract. iure gentiū, & cōmuni incognitos, & de nouo excogitatos suspectos maxime esse.

2 Quod si eos recte introspicias vel ex defectu materiæ, vel alias ad vsurā vergere, & in his non occultissimis vsurariam prauitatem occultari verius est.

Itē mercis loco pecuniā ab initio substituere contractus materiā subtrahit nisi post rem perfecte absolutā id fiat ex nouo cōsensu ex priori nō necessario, vt si rem mihi pro decem vendas, & perfecta omnino venditione pro illis decem aliam re substituam te volente, nō efficit ea conuentio, quin contractus semel perfectus perseveret, licet ea conuentio talis sit, quæ si ab initio intercederet, venditionem corrumpere, & alium contractum constitueret, nā in specie proposita transfiret ille cōtractus in permutationē, & ita intelligi debet l. pretij causa C. de rescindend. venditio. *Pretij causa* inquit tex. nō pecuniā numerata, sed pro ea pecoribus insolutum consentienti datis, contractus non constituitur irritus, Secus esset si ante venditionem perfectam id fieret, quia subtrahita materia emptionis esset permutatio, sic pactum legis commissio

riæ

riæ ab initio in pignore nō potest adijci, sed ex interuallo, vt in l. Titius ff. de pignor. actio. cum l. fi. C. de pact. pigno. Sic si ob pecuniam decē, vel viginti operas tuas loces, postea perfecto iam isto contractu pro operibus pecuniam promittas consistit locatio, sed si ab initio id fiat pecuniam pecunia locari non potuisse manifestum est, cum materia necessaria contractui ab initio subtrahatur, & sola vsuraria materia subsistat, & hæc quo ad istos personales census redimibiles sufficiant.

40 Sed quid si ad vitā, & ita sub incerto constituantur, vt si dem tibi mille vt quo ad viam des decem, vel centum singulis annis, an vsurarius sit hic contractus, vel potius venditio, certe venditio nō est, quia vt dictum est pecunia non emitur, sed neque contractus innominatus cum non reperiatur cōtractus innominatus in quo vtrinque pecunia intercedat, item neque super re subtrahendo mercem ab initio fieri posset, multa minus super sola persona fieri, magis ad ludum, vel sortem hic contractus vergit, qui iuri communi prohibentur vt per tot. de aleæ vsu. & aleatori, quam ad alios contractus poterit referri, quod si non prohibitus sit iustitia, vel iniustitia eius ex materia l. hæreditatum ff. ad l. Falcid. ratione pretij poterit perpendi, vid. late in contractibus vsur. q. 72. Ana. inc. in ciuitate in nu. 23. de vsur.

7 Cōclusio, vt possit ratione damni emergentis, vel lucricesantis, ex mora id quod interest ultra sortem exigi debet considerari lucrū, vel

damnum creditoris solius, nam debitoris vtilitas, cum leges, quæ lucricesantis, & damni emergentis rationem volunt habere, ad creditoris vtilitatem respiciunt, qui ex iure suo iudicium metiri debet, nō vtilitate debitoris inuideri.

Ex his videtur valde difficilis censum materia, sed cum perditas extrauagantes permittantur, licet iuris rigore difficilem habeant exitum, non sunt improbandi, & ad supradicta vnico verbo respondebimus, quod cum sint per legē approbati eorum contractus dicitur emptio anomala et irregularis permissa tantum si ea seruentur, quæ in dicta extrauaganti requiruntur.

Sed pone quod cēsus sit emptus legitimo pretio secundum legis taxationem, quod esse videtur ad pretium quatuordecim cum pacto deredimendo ad libitum venditoris, vtrū si conueniat quod redemptio fiat non ad rationem quatuordecim, sed ad rationem viginti, vtrum legitima, & permissa sit hæc conuentio? & clarum est quod si illicitus est contractus census ad minorem æstimationem, quā ad quatuordecim quod iniqua, & illicita esset hæc conuentio, cum hoc pactum pars pretij sit sicut & omnia alia pacta, vt in l. fundi partem. ff. de contrahend. l. emptio. & in l. 4. & in l. quæris. ff. de pact. dotal. & in l. si sterilis in §. si tibi de actioni. empt. & in l. eum qui in §. si. cum l. sequent. ff. de indi. additione. cū adduct. per Thraquel. in tract. de vtroque retract. in 1. parte in §. 1. in glo. 18. in nu. 69. & in præfatio. 2. partis in nu. 20. cum sequentibus vel alle

allegat optimum tex. in l. si venditor in §. si quid emptor ff. de seru. exportand. quinimo etiam natura sua pactum vt plus in redéptione detur est suspectum, & non bene olet. vt est expressum in c. illo vos in fi. extra de pignorib. sed negari non potest iniquitatem prætij constituitur, in specie proposita, licet de se possit esse extra vitium, quid enim si rem meâ decem, sed cum pacto de retrouendendo pro pretio duodecim, quod forte illud pactum duobus æstimari, quod vellem potius rem firmiter emere, nâ illud pactum rem grauat, & minoris efficit vt late Tiraquel. in dicta præfatione deducit, non male pretio certo potuit æstimari, sed hæc omnia in contractu, qui de sua natura non solet hæc pacta habere, sed in censu redimibili, quod suu habet constitutum pretium hæc adiectio vt maiori fiat, redéptio iniqua omnino videtur & reprobanda. Nisi estimato hoc pacto adhuc legitimum pretium non excedatur.

Sed dubium est cum per l. regni fiunt census taxati ad quatuordecim pro vno, vtrum possint vendi pro isto pretio cum pacto de redimendo, sed vt fiat hæc secunda venditio seu redemptio ad rationem 20. pro vno, & clarum esse contra legem, quia hoc pactum est pars pretij vt in l. fundi partem. ff. de contrahend. emptio. & ita efficit durior rem causam constituentis census cū redimi maiori pecunia debeat, Sed quid si Rex vendidit censum redimibilem ad rationem viginti pro vno, vtrum si dominus census velit videri alij istum censum pos-

sit emi ad rationem quatuordecim pro vno, vel alio maiori vel minori pretio. an vero iste vltimus emptor incidat indictam legem, cum sit in effectu ad rationem viginti, & emedo ad quatuordecim lucretur sex, & ita emit in effectu ad rationem illorum sex, saltim ad tria, vel quatuor æstimationem recipiant, quod omnino detractū à quatuordecim efficit minoris emi, vt supra ostendimus & videtur hoc euides per supra dicta, sed in hac specie maxime dubito, aliud enim est censum constituitur minoris quam quatuordecim pro vno, quod est prohibitum per dictam legem, aliud vero constitutum iam, & formatū maioris quatuordecim, puta ad rationem viginti minoris emere, vel si esset iam ante constitutum legitime ad rationem quatuordecim videri alij ad rationem duodecim, etiam si transeat cum iure redimendi prioris venditionis, duplici ratione, prima, quia multum interest inter censum formatum tempore contractus, vel qui formatur in ipso contractu vt diximus sup. in nu. 13. & 14. nam secunda venditio potius est trāslatio census potius quā constitutio, secunda, quia postquā legitime census est semel constitutus, iam est materia præexistens, cuius pretium non cadit sub dict. l. Sed vt quælibet alia res habet pretium secundum temporis variationem, vt in l. pretia rerū ad l. Falcid. ff. & hoc puto verius, licet ab huius modi lucris abstinere consulerent omnibus, vt tutiora eligant, licet secundum subtiliorem rationem prædicta possint defendi, & vt clar-

rius

rius hoc appareat dico, quod constitutio census ab initio quodammodo non habet materiam præexistentem seu naturalem, sed solum datiuam à lege, ideo si deficient conditiones à lege impostæ deficit materia emptionis, & incidit contractus in vsurariam naturam, cui maxime hi census redimibiles, seu cū pacto de retro vendendo constituti sunt valde propinqui, & ita natura census magis est civilis, quam naturalis, & datiuæ vt diximus potius quam natiuæ, nam in ipso contractu producitur materia, quæ iure gentium erat incognita, quando vero census semel legitime est contractus, iamque materia formata legitime, census ipse non distat ab alijs rebus, quæ in emptionem cadere possunt, ideo iure communi emptionis censebuntur, vt si læsio sit ultra dimidiâ iusti precij recindi debeat contractus, non tamē iustum, vel iniustum pretium ex dicta l. taxationem existimabimus, sed ex loci temporis varietate, & quod emptores communiter hoc pretio reperiuntur, sicut & rerum aliarum pretium varietatem recipit, nam in rebus vendendis communiter pretium non taxatur, cū latitudinem semper iustum pretiū habeat, neque sit in puncto, in census aut constitutione non iniuste certum pretiū præfinitur, quia hæc materia censuum vicina est vsuræ, eaq; maxime vsurarum sola ignominia occultatur, licet effectus sit idem, denique aliquando non leuis sit vsura sub honorabili emptionis titulo, ideo in producendis his censibus opus fuit non latitudinē

pretij dimittere, sed rem certā constituitur, ne grauiores essent sub nomine iusti census honorabiles vsuræ, quam publicæ & infames, sicut & in tritico, & hordeo pretium solet constitui, quia in ea re vitæ à Deo necessaria solent grafari publicani, & Dardanarij, imo & omnes diuites, in censibus vero iam constitutis semel, legitime vendēdis cessant vsurarum vicinitas, & suspitio, nisi in fraudem legis fieret ab initio secunda venditio, vt si interposita persona, quia non reperitur emptor legitimo pretio Titio constituas censum pretio legitimo. 14. vt is vendat Sempronio ad pretiū vndecim, tunc enim cum fiat fraus legi idem erit in secunda venditione, ex his quæ late deduximus sup. lib. 1. harū interpretationum in c. 12. neque curo vt sit Sempronius fraudis particeps, vel ignorans, ea enim distinctio, quæ fieri solet in l. ff. de dol. mal. & met. exceptione non in materia vsuraria, sicut neq; in Simoniaca erit admittenda, vt c. ecclesia 1. q. 4. c. 1. & c. fi. 1. q. 5. c. nobis & c. sicut tuis, extra de Simonj. quod maxime erit notandū.

41 Item quæro cum sup. in nu. 28. diximus in pacto de redimendo sicut in alijs solutionibus non compelli creditorem solutionem partis admittere vt in l. lucius in §. tutor de vsur, vtrum si conueniat vt possit etiam particulatim redimi ad dimidiam, tertiam, quartam, vel quintam partem qualibet vice, hoc possit pretio æstimari, vt aliquid de pacto pretio quatuordecim pro vno minuatur, vt puta ad rationem tredecim ratione istius pacti,

paſti, nam vt dixi pactum quodlibet vtilitatem continens pars pretij eſt, vt in dict. l. fundi partem ff. de contrahend. emptio. Sed nō puto hoc recipere æſtimationem aliã quam vſurariam, quia vt diximus in l. 2. in §. & harum de verbo. obligationib. & ſup. in nu. 34. pecunia, cum functionem recipiat, eandem vtilitatem affert in parte, quã in totum reſpectiue, ideo ſi alia æſtimatio fiat ratione partis, erit vſuraria ſicut de tempore, & loco ſupra diximus, quod eſt valde notandum.

✿ S V M M A R I V M ✿  
Ex Capite Sequent.

- 1 Cambij descriptio quo videntur feneratoros.
- 2 De cambij nomine quod iniuste feneratoros vſurpant.
- 3 Cambia duobus modis exercentur, ſed in utroque eſt vſura.
- 4 In his cambijs agitur de lucro extrinſeco.
- 5 Utilitas debitoris non efficit vt ſœnus ſit permiſſum.
- 6 Traiectitiã pecunia ratione nō poteſt aliquid erigi, niſi vere trajectiatur.
- 7 Locus, & tempus non recipiunt æſtimationẽ niſi ratione vſuræ.
- 8 Omnes exercentes cambia ſunt vſurarij.
- 9 Quod pecunia valeat plus vno loco quam alio eſt per accidens.
- 10 Id quod frequẽtius accidit, debet conſiderari in hac materia.
- 11 Pecunia ſine negotiatione ex

tra mutuũ nō poteſt pecuniã parere

12 Pecunia præſens, vel abſens non plus valet.

13 Ars campſoria qualiter debeat purgari.

14 Melius eſt permittere vſuras leuioreſ apertas ſicut meretrices, quam cambia.

15 De iniquitate vſurarum.



**N**VNC ad cãbia quaſi de Scylla ad Charybdim, imo ad infames ſcopulos acroceraria, quos nullus vnquam ſine naufragio vidit tranſeamus, & vt cambium quod hodie paſſim exercetur deſcribamus, Cambium eſt mutuum cum ſœnore à deo graui, vt quod leuius eſt, maius ſit, quam omnium feneratorum ethnicorum vnquam fuerit, vt pote quod id nunquam exceſſit centeſſimam vſuram, hoc autem de quo agimus nunquam ſit centeſſima vſura minus, ſed ſemper ſit longe maius, habes deſcriptionem in qua diſſiniendo ſi dicant feneratoros, quare nos tranſgredimur ſeniorum præcepta in diſſiniendo? reſpondebimus quare ipſi tranſgrediuntur præcepta, & naturæ, & omnium gentiũ fœnerãdo? in iſtis Cambijs primo ostenditur eorum maliciã in nomine, quia cum cambium nihil aliud ſit, quã permutatio, quæ iure omnium gentium admiſſa eſt ante veditationem, ipſi pro vſura hoc norãe honorabile vſurpant, & ideo ſuperflua ſunt omnia, quæ diſputant, qui de cãbjiſ ſcribunt ad permuta-

mutationem, & alios contractus nominatos pertinentia ideo hiſ ommiſſis, pro intelligentia horum cambiorum qui iure communi ſœnoris nomen obrinent, præmittenda ſunt aliqua.

3 Primum quod materia de qua agimus in duobus negotiandi modis verſatur, vno modo quãdo quis mutuatur pecuniam alio loco, vel prouincia ſibi cum ſœnore ſoluedam temporis, & loci diuiſim vel coniuſtim habita ratione.

Secũdo modo quãdo mercator nō mutuatur ipſe pecuniã, ſed prius accipit pecuniã ſoluẽdã ab eo in alio loco in minori quãtitate quã accipit propter locũ, & licet in hac vltima ſpecie videatur non poſſe cadere vſurã, cũ ipſe non mutuatur, ſed ſibi mutuatur, & ipſe nō creditor, ſed debitor efficiatur, tamen licet nō ita expreſſa ſit hæc vſura, nō tñ differt ab alia cũ tẽpus, & locũ pretio eſt timetur, ſicut ſi mihi decẽ deberes ſoluenda die S. Ioannis, & vt flatim ſoluas, ego ſim corẽtus accipere 8. vel 9. vſura eſt manifeſta.

4 Præmittendã etiã eſt quod nos hic agimus de lucro extrinſeco pecuniæ non in trinſeco, nã ſi libra auri Romę plus valeret, quã Hiſpaniæ, vt ſi vnus aureus intrinſece eſſet maioris æſtimationis qui eſt ſoluẽdus Romę, nō eſt dubiũ, quod hæc vtilitas iure diuino, & humano ſit cõſiderabilis, ſed mercatores non huius vtilitatis ſolũ, ſed tẽporis & loci æſtimationẽ faciũt, & in hoc ſœnus conſiſtit, quia pretiũ quod rei imponitur à fœneratoribus quod carior ſit pecunia in illis vel in iſtis nundinis, vel in illis vel in iſtis locis, nō ratione rei, ſed ratione loci

& temporis non poteſt cõſiderari apud nō vſurarios, niſi ratione dãmni emergentis, vel alicuius lucri liciti cõſãtis vt infradicemus, & nũc exempli gratia fingamus te egere pecunijs Romę ppter aliquã expeditionẽ rogas me vt ibi tibi mutuẽ pecunias, dico & verũ eſt me ibi pecunias nō habere, ſed quia ibi ſunt quidã mercatores mihi cogniti accipiã ab eis mutuo cũ ſœnore, quia aliter nō mutuabũt, ſi ita fiat poſſũ idẽ ſœnus a te accipere, nō vt aliquid lucrer, ſed vt dãmnu emergens tui cauſa vitetur, nã vt elegantiffime Caius in l. ideo in arbitriũ iudicis ff. de eo quod cert. loco inquit. *Scimus quã varia ſint pretia rerũ per ſingulas ciuitates, regioneſq; maxime vini, & oliũ, frumenti pecuniãrũ quoq; licet videatur vna, & eã de poteſtas vbique eſſe, tamẽ alijs locis facilis & lenioribus vſuris inueniuntur alijs difficilioribus & grauioribus vſuris.* Sed ſi nullã lentia dãmnu, ſed ratioẽ mutui in eo loco accipiã vltra fortẽ vſura eſt manifeſta.

5 Præmittendum eſt etiã quod vtilitas vel commodũ debitoris accipientis mutuã pecuniã etiam ſi ſit maxima, vel quod vitet pœnã, vel maximũ conſequatur lucrum, non efficit, vt creditor vltra fortẽ aliquid poſſit accipere, fingemẽ debere decem die Sancti Ioannis, ita vt ſi non ſoluam eo die incido in pœnã mille, ppter arbitri ſententiã, vel ppter cõmiſſũ in qd incido, vel ſi lucrer hæreditatẽ mille, vel duobus mille dando decem vel viginti tali die inſtitutus ſub ea cõditioẽ, neq; habeã pecunias, nō q in hiſ ſpecie-

bus ex mutuo ac facta decē, vel vīginti conseq̄ar vtilitatē mille, vel centum millium, poteris aliquid vltra tuam pecuniam accipere sine vsurario crimine, lēges enim, quæ considerant lucrum cessans, vel damnum emergens, vt vltra fortem aliquid exigi possit ad id, quod creditoris interest respiciūt, ex cuius iure iudicium metimur, neque vtilitati debitoris debemus inuidere, neque aliquid ab eo exigere, nisi creditori fiat præiudiciū, vel damnum propter mutuum, & hæc conclusio expresse probatur in l. imperator in §. si centum de legat. 2. ff. ibi *Nec mutanda sententia erit, quod forte legato percepto magnum emolumentum ex aliquo negotio consecutus est, aut pœnam stipulationis imminuentem euasit.* Neque contrarium voluit tex. in l. 2. ff. de eo quod cert. loco, quia ibi loquitur tex. quando mutatur per actorem locus solutionis.

6. Conclusio huic proxima & appendix, quod ego expensurus essem centum in exportando mille Romam, si tu nullam expensam facis, neque vtilitatē aliquam nō vsurariam ammittis dando Romæ, nihil a me exigere potes, nam licet traiecitæ pecuniæ in iure ratio habeatur, tamē totum id, quod eius ratione soluitur vltra id quod interest, vsura est, vt in l. 1. & in l. nihil interest, in versic. neq; pignora. ff. de nautic. sceno. ex mēte glo. in verbo pœna in l. traiecitæ ff. de actio. & obligatio. in principio, denique si pecuniam nō traiecisti, sed eam quam Romæ habebas mihi dedisti, si accepisti aliquid vltra fortem traiecitæ pecuniæ nomi-

ne vsura est manifesta.

7. Item notandum est quod locus, & tempus nisi eorum mutatio dānum inferant, non recipiunt æstimationem, nisi pretiū rei extrinsecemutetur, vt in dict. l. ideo in arbitriū, ideo ratione loci, & temporis fit actio arbitra, habita ratione eius quod interest propter lucrum cessans, vel damnum emergens vt in l. 3. in §. nunc de officio ff. de eo quod certo loco, & in l. quod si Ephesi. nam vtilitas solius loci, vel temporis, si non probetur quod in teris, non potest sine vsura æstimari, ratio est, quia loci, vel temporis mutatio, nō mutat obligationē vt elegāter ex Marcello probat Vipianus in ead. l. 3. in §. itē Iulianus tractat, ideo si reducatur ad æstimationē nullo dāno, vel interesse extrinsecō accedēte mera erit vsura, quod si aliquid interfit, non poterit reduci ad certā quantitātē in contractu mutui sine vsura, bene tamen deduci poterit si alius contractus vere interueniat non ficto, vt si vere traiciatur pecunia, poterit merces certa pro hac opera interuenire, sicut in omnibus locationibus potest, quod si vere non traiciatur comentum est, & color quæsitus ad tegendam vsurariam prauitatem, idemque erit si hoc nomine assecuretur cum nullum sit periculum in traiciendo, faciunt quæ diximus in c. præcedenti de iactu retis in puteo, vel in sico.

Ex his conclusio colligitur quod cū illi qui cābia exercent nō ad dānum emergens, vel lucrū cessans resarciendum artem suam dirigāt, sed ad lucrū certū ratione loci, vel tpris omnes vsurariā artē exercēt, quis

quis enim exercet artem istam vt sine damno suo alteri beneficiat? quod considerat S. Tho. 22. q. 78. in articulo 2. nam lucrifessantis in his, qui vulgo hanc artem exercent, non potest ratio haberi, quia cum dimittant mercaturam, vt cambia exercent, non potest mercatura lucrum pretendere, cum nō propter me relinquerit officium, sed ob suam auaritiam, & vtilitatē, licet D. Martinus Nauarrus in dict. cap. si de vsur. in numero 37. contractum vellit, alioqui esset aperta via, qua ingrediantur vsuræ, si illi qui habent pecunias dicant se non exercere mercaturam, vt possint mutuare ad cambium, maxime cum interessē lucrifessantis debeat probari in specie non in genere, cum ingene nihil concludat probatio cum posset esse quod multi in mercaturā lucrarentur, & alij perdant, & per contrarium.

9. 2. Conclusio quod pecunia valeat plus vno loco, quam alio data equalitate in pretio valore intrinsecō non est naturale, sed per accidens, propterea quod egens in illo loco habet pecuniam in hoc, & non in illo, ideo istius accidentis ratio habenda est, quando sit actualis transportatio pecuniæ, vt pro illo labore merces possit stipulari, qua transportationē & opera actuali cessante, quia mercator ibi habet sine sumptu illam pecuniam, locus sicut & tempus non potest sine vsura æstimari, vt in dict. lege in arbitrium ff. de eo quod certo loco, & in hoc differimus

nos ab illis, qui volunt, quod naturaliter non potest pecunia sine sumptu ibi transferri, & accidens est vt mercator ibi eam habeat, ideo naturam potius considerari, quam accidens, vt & mercedem capere possit transportationis, etiam si vere non transportetur, sed quod opinio nostra veri or sit omissis terminis dialecticis, assumamus terminos legales in quibus ea, quæ frequentius accidunt considerantur vt in lege. nam ad ea ff. de legibus cum alijs, sed si consideramus id, quod accidere soleat fere nullus eorum, qui cambia exercent pecuniam transportat, neque facit aliquam expensam in hoc, ergo natura huius negotij ex hoc debet æstimari, nō ex eo, quod nunquam fere accidit, tunc autem cum accidit poterit ratione interesse mercedem accipere, quod nō ex vtilitate accipientis, sed damno, vel impensa suā arbitrio boni viri æstimanda, debet computari, quia si vtilitatem debitorum consideramus centies melius esset vsuras moderatas soluere, quales aliqui permittebant quam vel census accipere, vel alios contractus prohibenda pecunia inire, sed hæc non efficit, vt permitti debeat vsura, vel vt non sit vsura, & delictū ex parte scenerantis.

11. 3. Conclusio est pecunia nō ex re, sed propter negotiationem percipiatur vt inquit tex. in l. venditor ex hæreditate ff. de hæreditate vel action. vendita, necessarium est, vt ille, qui pecuniam acquirere velit, negotietur contrahendo

aliquo modo à iure approbato, alioquin pecuniæ erit illicita acquisitio, iure autem ratione loci non potest merces peti sine actuali transportatione, tunc enim arbitraria efficitur actio ratione loci, sicut & temporis, si vere inter sit ut per totum titulum de eo quod certo loco, & expressè in l. centum capuæ, neque sufficit probare transportationem pecuniæ de vno loco ad alium totum expensis fieri, hoc enim sufficeret, si ratio loci naturaliter, non accidentaliter consideraretur, quod accidens, quia communis omnium cursus naturam mutauit est probandum in specie alias semper constaret de interesse, & tamen non constat de interesse ex hac generali rerum natura, sed opus est ad speciem non naturalem, sed quæ accidit descendere, & in specie probare ut in lege 3. in §. nunc de officio de eo quod certo loco.

12 4 Quod aliqui dicunt pecuniã presentem longe esse maioris estimationis, quam absentem ita quod plus valent centum aurei presentes quam duobus sequentibus annis soluedi, vel hic quam alibi, efficit ut sententiam imo aperte usura inducatur, sed de hoc diximus in c. precedenti.

13 5 Conclusio quod D. R. Domini, de Sor. & alij dicunt quod ars Calliporia de qua agimus si vitij purgetur, & in finem referatur honestum licita erit intelligendum ut fiat purgatio non dissimilis ei quam non imperitus medicus defungis existimabat faciendam ut sale, & acceto multis diebus macerati scapius lauaruntur, & postea exquisitissimis condimentis, & qui vix re-

periri possint coquerentur tandem nocerent canibus proijcerentur, quia ut inquit Iustinianus nouell. 36. manifestari est quod apud argentiarius mese prepositum solummodo contractus sub usuris in eatur.

14 6 Melius esse, & vitius ut sicut meretrices permittuntur ut aperti foeneratores usuris leuioribus permitterentur, ut iure cessare fiebat in l. eos C. de usur. in §. ceteros, usque ad dimidiam centesimam nam reipublice minus essent damnosi, cum hodie duplicem centesimam & triplicem exigant, & usurae usurarum pendantur, quod nunquam apud ethnicos fuit permissum ut in l. placuit ff. de usur. erat enim improbum, & infame foenus, ut in l. Improbum C. ex quibus caus. infra irrogat, item pauciores hanc artem exercebant, nam pudore se cohiberent, cum publice ut sunt, pro usurariis haberentur, & inter bonos viros non connumerarentur, neque inter reipublice principes, duces & Marchiones, & ita ab hoc crimine abstinerent, quod si id non facerent saltem loca sacra non contaminarent, neque violarent si delium cineres, sed in sterquilinum cum canibus proijcerentur, & hoc modo pauciores essent usurarij, nam saltem pudore detractae eorum capitum persona ad bonam frugem conuerterentur, hec sunt quæ de hac arte existimo, nam & qui eam licite posse exercere existimant, difficile hoc esse fatentur mihi vero impossibile cum sit ars usuraria, & sine usuris non consistat.

Iniquitate autem usuraria grauissimam Philosophi, quam Theologi existimant multa in eius execrationem po-

ponit Diuus Ambrosius in lib. de Thobia, & Diuus Chrysosto. sup. Matth. in c. r. homil. 5. in fi. ubi inquit, *Nihil huius seculi usura turpius, nihilque crudelius*, multa alia ponit super Matth. 21. homil. 38. Cato cum de economica dederuisset interrogatus quid foenerari? respondit quid hominem occidere? usurarium homicidæ comparas, nisi quod hic unum, ille multos extinguit, & perdit. quid si vidisset foeneris in audita genera, quæ ut Chrysostomus Matth. 18. homilia 62. inquit neque gentilium legibus comprobantur? hoc turpissimum lucrum optime depingit Plutarchus in libello speciali de eo ædico, in quo eleganter multa nos aliqua hic referemus, ex quibus conficitur antidotum, quo semper uti debet, qui ab hac peste velit esse securus, ita enim inquit, *Nos tanquam in obsidionis necessitate foeneratores hostilis presidium nomine recipiamus, ne cernere cogamur cuncta nostra in seruitutem rapi, sed mensæ, cubilis, suppellectilis ac diatæ superflua abscindamus, nosque liberos seruemus, ut cum pinguior fortuna aspirauerit nobis rursus ea restituere valeamus*, Ex quibus etiam idem Plutarchus ostendit confici posse asylum ad quod confugientes à foeneratoribus sumus securi ita inquit *Ex in utiliu, atque superuacuaru reru abscissione, seu reditione libertatis templu nobis ipsis, liberis atque uxoribus edificare conemur, si quidem in Epheso Diana ob aeratis, cum in illius fugerint templu asylu, atque securita-*

*te à foeneratoribus prestat at frugali tatis asylum, & in accessibile quidem ubique modestis patet, regionem latam, ac multi oculi, hilaræ & idoneam prebens?* alia referemus ex eodem Plutarcho infra in isto lib. in c. 14. & Cicero in paradoxo inquit, *Non esse cupidum pecunia est, non esse emacem uectigal est, contentum vero suis rebus esse, maxima sunt, certissimaque Diuitia.*

Summariu ex capite sequent.

- 1 *Qua ratione sint legitimi montes pietatis.*
  - 2 *Heretici molini reprobatur opinio.*
  - 3 *Argument. de Sor contra predictos montes.*
  - 4 *Responditur dicto argumento dupliciter.*
  - 5 *Quod interest inter priuatum & personam publicam in hac re.*
  - 6 *Proportio non potest seruari in his montibus.*
  - 7 *An montes predicti sint liciti; quaestio facti potius est, quam juris.*
- Cap. iij. De montibus pietatis.

DE montibus qui verissime sunt impietatis disseruimus in c. precedent. nunc de montibus, quos pietatis appellant pauca dicamus, an à peccato, & usura possint defendi, huius quaestionis ex ibidem dictis nondifficilis est determinatio, nam si nulla utilitas ipsius montis mutuantis ultra sortem principalem, sed solum merces laboris, & expensæ personarum huic mineri de seruitutu accipiatur & deniq; foli-

damni emergentis ratio habeatur, nulla usuraria labes contrahitur, si vero utilitas aliqua ultra id, quod interest percipiatur ex mutuo usura erit manifesta, denique in priori specie nullum est vitium, licet R. D. Domin. de Sot. in lib. 6. de iustitia & iure in q. 1. in art. 6. reprobet istos montes, postea tamen in col. fi. in versic. respondetur, destruit omnia, quae prius dixerat, multi de hac re etiam scripserunt multa Ancharra. & Laurent. & alij in c. consulti de usura. Caieta. fecit tractum huius rei peculiarem, qui rem illicitam existimat, auctor vero tract. de contractibus usura. nu. 581. cum sequent. usurariam negotiationem existimat, sed secundum opinionem suam quae haeretica est, iure diuino permittitur, quod beneficiaria, & leuis ea usura sit, si non transcendat usurarium lege ciuili permittarum quantitatem, nos veram sententiam breuissime statuimus ut liciti sint dicti montes, & a prauitate usuraria alieni, ubi nullum lucrum remanet apud montem, sed solum id quod interest recuperat.

3 Neque mouerit argumentum R. D. Domini. de Sot., qui ita inquit, si pius homo decerneret omni petenti mutuae cum illis conditionibus cum quibus mutuant praedicti montes, scilicet aliquid recepto pro ministro huius operis, non liceret, ergo neque praedictis montibus licet, huic argumento duo sunt aperta solutiones, prima si iste homo pius solum id, quod sua interest, exigeret absque aliquo lucro, non faceret rem illicitam, sicut si a me petas mutuas pecunias, quas ego non

hic habeo, sed in longinquo, expensas, quas intransportando ut tibi mutuum fecero, recte ultra pecuniam mutuam a te potero stipulari, quia damnum emergens a debitorum omni iure exigere potest ut notatur in l. 1. C. de summa trini. & fid. Catholi.

5 Altera solutio, & huic rei aptior est, quod licet priuato id non permittitur eadem lege mutuae ne usuris via aperiatur, non tamen montibus iure publico constitutis id debet prohiberi, quia in priuatis suspecta est haec charitas, neque reipublicae potest esse ita utilis, cum non ita potest iniuri, quin ipsi in propria causa iudices essent suspecti, & facilius a priuato fraus posset committi, si tamen nihil omnino exigeret ultra id quod interest appareret non posset dici rem illicitam fecisse, & ita argumenta R. D. Domini. de Sot. non videntur,

6 Alia est maior difficultas cui opus est satisfacere, nam licet in his montibus non exigatur ultra id quod ipsius montis creditoris interest, non tamen habet ex parte debitoris eam proportionem, quae careat iniustitia, si ad conseruanda pignora, curanda & custodienda fieri expensarum centum quolibet anno, ego qui pecuniam accipio mutuam pignus aureum, vel argentum dedi, tu vero vestes meum pignus sine vlla impensa potest custodiri, & conseruari tuum vero maxima curatione eget, a me iniustissime pro ratione debiti aliquid ultra fortem accipitur, a te iniustissime, iniustum ergo est a me, idem quod a te exigere licet eiusdem quantitatis mu-

mutuum acceperimus, sed responderi potest ratione utilitatis publicae non istius, vel illius rationem in hoc habendam, sed totius negotiationis inspiciendam esse naturam, ut id quod interest non diuim ex parte debitorum, sed coniunctim, habita ratione eorum quae frequentius accidunt, consideretur, id quae res publica debet constitui, ut publicae utilitatis, quae in eo, quod ut plurimum versatur consistet, ratio habeatur, cum ea, quae raro accidunt, contemnat legislator, & iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur ut in l. nam ad ea, cum ll. sequentibus. ff. de legibus. at priuatus non potest ius aliquod constituere, sed in singularibus speciebus iure communi uti debet, ut in l. nemo potest ff. de legibus. 1. & in l. ius publicum de pactis. ideo id quod sua interest in singulis debitoribus, non in omnibus in simul priuatus considerare debet, quia cum persona priuata sit, non potest ius generale constituere, ideo non idem iuris in priuatis, quod in motibus erit quantum ad distributionem damni emergentis, vel impensae, quod est valde notandum, quia non ita alij interpretantur, idem iuris ergo est in priuatis, quae & in montibus, ut id quod interest in exigere possit, ut creditor indemnis constituatur, sed in diuisione inter debitores huius impensae non sunt eiusdem rationis,

7 Ex praedictis intelliges si quaeratur montes pietatis genuerunt lucens. Romano. & omnium aliarum vniuersitatum sint liciti an contineant usurariam prauitatem, re-

spondendum esse facti quaestione esse, non iuris, ut alias responderi Vlpian. in l. suis quoque, in §. puero, ff. de haereditibus instituendis. cum alijs multis legibus quas nos allegauimus in istis selectis interpretationibus. in lib. 3. in c. 10. in fi. quia quatenus cuiusque interest, in factum non in iure consistit, inquit Paul. in l. quatenus ff. de reg. iur. ideo ex conditionibus dictorum montium ea res aestimanda erit, ut si forma concilij lateranensis seruetur vel quae nos supra diximus, vere pijs sint.

¶ SVMMARIVM  
Ex Capite Sequent.

- 1 Defenditur opinio nostra ab impugnatioe. D. Ludouic. Molinae
- 2 Intellect. l. filia mea emancipata & agrae. ff. solu. matrimo.
- 3 Intellect. c. 1. de renuntiation. lib. 6.
- 4 Vtrum matrimonium possit effici venale & emancipatio.
- 5 Intellect. l. apud Iulianum ad Trebellian.
- 6 Quando animo nocendi alij possit quis uti iure suo.
- 7 Ingressus religionis quando excludat substitutum.

Cap. 4. De his quae dicta sunt in lib. 1.

In cap. 6. harum interpretationum de legitimatione ex matrimonio contracto in tempore mortis.



Nihil adeo in iure nostro constitutum, certumque esse potest, quod non vocetur a mul-



tis in controuersiam. in his nostris selectis interpretationibus in lib. 1. in c. 6. in nu. 8. posuimus quandā opi. quam omnes probaturos sperabamus, scilicet filios legitimatos per contractum matrimonij substitutis esse potiores, qui in defectū liberorum sint vocati, eosque excludere etiam si in eorum fraudem id esset cōtractum, quod fraus hęc legibus approbata sit, alioquin si celebs ob hanc causam, vt substitutum excluderet filios procreando, matrimonij contraheret, non excludi filijs habitis substitutum dicemus, nam concessa vna falsa opinioe multa inde absurde sequi necessē est, quāuis vir alioqui doctissimus Ludouicus Molina in lib. de Hispano. primogeni. in fi. post gregor. Lop. in l. 1. in tit. 13. in 4. parti contendat matrimonio in articulo mortis ob hanc causam contracto substitutos non excludi a filijs legitimatis, quod certe falsum est ex rationibus & legibus apertis quibus id latius comprobauimus, nam aut D. Ludou. vult filium ante habitum fieri legitimum ex isto matrimonio, vel non fieri, vel quo ad quid fieri, & non simpliciter, secundū falsum est, quia posita causa non potest non sequi effectus vt in l. non poterit ff. de furtis. & in l. si forte ff. de castrenf. pecul. & in l. asūptio ff. de iur. iur. & in l. pe. ff. de offi. præsid. nā hoc vi & potestate matrimonij, non voluntate cōtrahentis sit vt in c. tāta est vis matrimonij qui fil. sint legiti. pro hoc tex. singularis in simile in l. conditionibus pupillus. ff. de conditionibus & demonstrationibus, ideo qua

mente id fiat, imo & si dicat hæres se hoc in damnum substituti moliri, nihil interest, nam & si hoc modo matrimonium contraheret, vt filij non fierēt legitimi nihil in dānum filiorū efficeret, eo enim inuito ex facto suo essent legitimi vt in c. 1. de sponsalib. & c. 1. de filijs nati ex matrimo. ad morgana. contract. ab absurdo illius tex. qui iure cōmuni nō pcedit, tertium impossibile, vt in c. is qui mandat de homicidio lib. 6. vbi etiā probatur pcepte dicitur primum quod verū est efficit, & vt substitutus excludat? cum ex verbis, & mente testatoris filius potior sit, neque rationes, quas ipse ponit, si recte perpendantur, aliquid nostræ opinioni refragantur, putatenim nō sequi vt ut quis iure suo, ergo licet id fieri in fraudem alterius, inquit enim hoc legibus repugnare, nam in l. filiae meae emancipatae & egrę. ff. sol. matri. illa regula reprobat, quia ibi diuortium in fraudem alterius iuris effectus non parit, licet iure suo repudium mittens vtatur, quod etiā probatur in l. si cum mulier. ff. rerū amot. rursus renūcians in fraudem beneficio, non nocet alteri licet iure suo inrenunciando vtatur vt in c. 2. de renunciatio. lib. 6. sed hæc fundamenta leuia sunt, & parū promouent, si subtiliter perpendantur, nam diuortium quod ad diuersitate mentium dicitur est, in l. 2. ff. de diuort. animo perpetuā constituti diuisionem sit, alias non est diuortium vt in l. 3. eod. tit. quod igitur sit solum vt actio queratur, vel tollatur, non eo animo fit, ergo nō operatur effectū diuortij, neque hoc

hoc argumentū in matrimonio concludit, nam licet eo animo fieri etiam debet, vt perpetuam contineat communionem, quod in articulo mortis ob id factum vt substitutus excludatur, fieri nō videtur, tamen responsio est manifesta, quod si matrimonium est, vt verum est etiam in articulo mortis contractū indissolubile efficitur, ideo hęc mens non tollit matrimonij effectum, quod potest plusquam fraudandi animus, & diuortium eum possit retractari non est eiusdem rationis, si enim viderit in dictis. ll. vxor virum conualescere diuortij penitebit, vt in l. penituit eod. tit. de diuortijs. *Ideoque breui reuorsa vxor, nec diuertisse videtur*, inquit Paulus in l. quicquid infra de reg. iur. & in l. si mulier ff. soluto matrimo. at matrimonij penitentia non est, ideo in actu retractabili opinio Domini, Ludouici vera esse potest per dictas leges, & l. si filia emancipata ff. de diuort. at in irretractabili vt est matrimonium vera esse nō poterit, quod clarius explicari potest quod in dict. l. filiae meae, & alijs similibus non sit verū diuortium, sed simulatū, in quaestione vero nostra sit verum, & irrevocabile matrimonium, & ita potest responderi ad l. Sulpitius de dona. inter vir. & vxor.

3 Ad c. 2. renunciatio. lib. 6. nō est difficile respondere cum in materia beneficii omnis finis temporalis sit, reprobat, neque potest dici vt iure suo qui ambitiose, quod in beneficiis reprobat, in quo ambitionis vitium, neque pe-

cuniaria conuentio reprobat, vt dixi in dict. 2. 6. & probatur in c. de illis de conditio. appossi. præterea vt ibi diximus fere sunt leges expressæ quas pro ista opi. allegabimus, quibus opus est vt respondeat, qui contrariam partem voluerit asserere, ad alias leges a Domino Ludouico adductas nō est opus respondere, qui in l. qui pœnæ de manumissio. non est verum quod vtatur in ea specie iure sibi concessio, & idem dici potest ad l. cum ratio in. §. fraudis ff. de bono. damnato. vel de portionibus eorum. vt apparet ex Bar. in l. post contractum ff. de donatio, præterea leges quæ de punitione delictorum statutæ sunt, ne delicta impunita remaneant, ne eis fraus fiat, extendendæ sunt, vt nulle magis, laque hoc interpretati sumus in dict. lib. 1. in c. 12. in nu. 6. cū sequentibus. ideo ad quaestionem propositam, in qua nullū delictū continetur, trahi nō possunt.

4 Denique & poterit pecuniā accipere hæres a substituto ne contrahat matrimonium, & semper ius suum venale efficere sicut & in specie l. & si forte si serui venditur, neque repeti pecunia poterit, neque ob turpem causam ob hoc, vt nō cōtrahat matrimonium accepta videbitur, vt diximus in dict. c. 6. & probatur in l. vtrum turpe. ff. de verbo. obligatio. *Ibi non puto turpem esse causam stipulationis*, & diximus in l. 3. in §. si. circa si. ff. de liber. & posthum. verum tamen est quod si sequeretur contra conuentionem matrimoniam teneret, & hæc pecunia cōdici causa nō sequuta posset, sicut esset in specie contraria dict.

dict. legis vtrum turpem si non emancipare promississet ob pecunia, & postea emancipasset, nam repeti pecunia possit, si emancipatio sequeretur, & forsitan etiam poena possit adijci, licet matrimonio non possit, vt in l. Titia. ff. de verbo. obligatio. vt bene interpretatur glo. in dict. c. de illis, & adeo verum esse legitimum excludere substitutum, vt etiam excludat alios filios legitimos, si ante legitimatus sit maior etate, licet illi prius sint nati legitimi quicquid velit Ant. Gomez. in quem nunc incidimus in l. 9. taur. nu. 63. & 64. cuius opi. falsa est, licet Gregor. Lopez vbi supra eam tenuerit.

Et add. quod omnes declarationes in hac materia false sunt, & reprobandae, quas Ant. Gomez. emmerat, nam ille redunt ad presumptionem fraudis, quae nihil officere possunt, cum neque fraus ipsa expressa sit reprobata, sed legibus expresse permessa si absit simulatio, nam ipsa, cum matrimonium vitiet, non obstat supradictis, quae vti si existente matrimonio loquuntur.

5 Neque his obstat tex. in l. apud Iulianum in princip. ad Senat. consult. Trebell. vbi potest quis vti iure suo, dum tamen id fiat sine alterius prauidio, quia ibi ius compellendi adire ex Trebelliano cum hac limitatione, & non aliter est concessum, ne periculosa fides esset propria vt in ipso Senatus consulto dicitur in l. in princip. eodem tit. & expressius in §. sed quia stipulatio neque de fidei commissari. haeredi in l. in si. Ibi nullo neque damno, neque commodo apud haeredem rema-

nente. Item in ea specie non factum meum solum, sed alterius versatur, cui factum suum, vel fides sibi fraudi esse non debet vt in dict. l. r. & l. si quis ex signatoribus quae admodum testament. aper. & ita ille tex. expeditam habet interpretationem, licet Dominus Petr. Paralta in l. Titia cum testamento in §. sub conditione in nu. 7. de lega. 2. satis se inuoluat circa illum tex. neque obstat supradictis titulus si quis omiss. caul. testament. in l. r. in §. ptermittere, & in l. licet, quia in haerede velleo, qui voluntatem testatoris promouere, non impedire tenetur specialiter id inductum est, quod si in test. dictam l. apud Iulianum de haerede loqui, respondebo in ea specie non contra defuncti voluntatem agere repudiando, cum legat. sibi si haeres non erit, relictum est, vt est expressum in l. r. in §. si proponatur eod. tit. si quis omissis caul. testament. neque obstat titulus de aliena indic. quia ibi est aliter constitutum, vt sola fraus sufficiat, & si iure suo vtatur vt in l. quia redhibito in si. eod. tit. ad supra dicta facit tex. in l. altius C. de seruitutibus, & in l. si. ff. de vsu. & habitatio. & in l. si. vlt. fructuarius. r. & 2. ff. de usufruct. & in l. quia poterat esse, alij ff. ad Trebelliano. optimus tex. in l. Iulianum in §. si ibi *Neque enim existimari operis mei vicio damnum tibi dari in ea re, in qua iure non usus sum,* cum legib. sequentibus ff. de damno infecto. & inquit Paulus ff. de regul. iuris, *Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet,* na vt inquit Aristotel. Rhetor. art. lib. r.

in-

*iniuriam facere est nocere sponte contra legem.* denique hunc nocuisse, non tamen iniuste fecisse (vt ille inquit) neque obstat quod glo. ibidem in dict. §. si. dicat nisi animo nocendi feci, vt in l. r. in §. denique de aqua plu. arced. quia ille met tex. respondet, cum hic haeres in proposita specie rem suam meliorem faciat, dum propriam carnem, quam nemo vnquam odio habuit, fouet, & amplectitur, *Nam et domum sua reficere vnique licet, dum non officiat iuribus alteri, in quo ius non habet.* Inquit Vlpianus in l. domum de regul. iur. secus ergo in eo in quo ius habet, ite ibi de effectu facti agitur, qui retractari cum facto ipso potest hic de effectu iuris, qui ex actu irtractabili scilicet matrimonij producitur, vid. Bar. & alios in nu. 13. in l. 2. ff. solut. matri. plura per Traquel. in praefatione de retract. in nu. 251. possemus ex supradictis longa consistare distinctionem, sed non adeo urgendum est vt nihil reliquisse velle videamur.

7 Notandum tamen est quod vt diximus in dict. c. 6. licet matrimonium in articulo mortis contractum etiam in odium substituti faciat filios legitimatos substitutum excludere, quia cum legitimi sint, & filij habent testatoris voluntatem, & secundum eam potiores sunt substituto, tamen non sic in ingrediente religionem in fraudem substituti, vel vuentis in articulo mortis, vt ibi probauimus, nam non proprie Monasterium de liberis est, ideo si fraude ingrediatur religionem tunc Monasterium loco filij

non habetur, quia duo sunt impropriitates, altera quod Monasterium filius improprie sit, & quod fraude quaesitus, ideo substitutum non excludit, quando autem matrimonium, vel Monachismus fraude fieri censeatur quaestio est, alij fraudem esse eo ipso quod in morte contrahitur, alij aliunde fraudem esse comprobandum existimant, ego puto vbi cumque quis matrimonio vtatur non eo fine, quo institutum est in fraudem fieri, finis autem matrimonij non is est, vt filij habitus legitimentur, hoc enim effectus est matrimonij, non finis, ergo si matrimonium contrahatur ab eo, qui de vita sua desperat, non in sui fine contrahit matrimonium, sed vt filij legitimentur, ideo fraus videtur, sed haec fraus vt probauimus permessa est, & non prohibita, ideo in ea ferre fraudis nomen non vete usurpabitur, si enim fraus haec permessa non esset, satis superque ex hoc probata essendetur, quod ab eo qui se victurum non sperat, contrahatur matrimonium vt in dict. legibus, & in l. filij meae emancipate & aegra. ff. solut. matrimo. nihil enim interest moriens haeres contrahat, vel cum moriente contrahat viuens matrimonium cum in vtraque specie matrimonio non ad finem matrimonij vtatur, & ex his decides de Monachismo.

SVM

## Selectarum interpretationum

¶ SVMMARIVM ¶  
Ex Capite Sequenti.

De Interpretat. l. 2. C. depignorib.  
Cap. V. de Hypotheca speciali rerum maioratus prodote cum Regia facultate.



**S**OLET dubitari vtrum res maioratus quæ pro dote ex facultate Regia sunt specialiter, & expressè Hypothecata debeant prius vindicari quam bona libera, quæ sunt alienata vel alijs debitis obnoxia, quæ questio non modicâ apud aliquos habere videtur difficultatem, nam & Ludovic. Molina, qui huius materix peculiarem composuit tractatum copiosum satis & eruditum in lib. 4. de Hispano. primoge. in c. 7. cum multa adducat, vt omnino bona maioratus debeant imprimis vendicari, quam ad alias res deveniatur iuxta l. 2. C. de pigno. tandem post nu. 31. in fi. relinquit deliberandum, mihi vero hæc res si a sua origine repetatur, dubitationem nullam habere videtur, nam hæc facultates regie eo pertinent, vt dos, quæ iure cõmuni secuta futura non est privilegio principis sit indemnitas ab omni periculo, & ita subsidiaria est hæc hypotheca, in quibus subsidiarijs hypothecis dict. l. 2. non procedit, vt est expressum in l. qui generaliter circa fi. ff. qui potio. in pignore habeantur, sed iure cõmuni secuta est dos, si bona sint libera, etiâ si alijs sint post dotem constitutam obli-

gata, vel vendita, vel aliter alienata, vt in l. assiduis C. qui potior. in pignore habeantur, cessat ergo hypotheca indictis bonis maioratus, neque me mouerit creditoribus fraudi esse videri, quia & successor maioratus est potior, & antiquior creditor, cū in rebus maioratus recte constituti nullum possit esse antiquius debitum, vel potius quâ successoris in ipso, qui a primo titulum habet non a debitore istius dotis ad hoc faciunt verba elegantia tex. in l. in liberto ff. de solutioni. optimus tex. in l. i. C. de bon. auto. indi. possiden. vbi hoc probatur, si recte cõfideretur, ideo æquitas quædam, quæ pro creditoribus considerari solet potius est iniquitas qualem excelso de pingit Paulus in l. si seruum in §. sequitur ff. de verbo obliga. *Esse questionem de bono, & a quo quo in genere inquit plerumque sub auctoritate iuris sciencia perniciose erratur, Quæ enim æquitas est anteriori creditori adimere, vt posteriori concedatur? quod nulla causa pia patitur, vt in dict. l. assiduis ibi *Ne ius quod posteriori datum est. Etiam & fac. tex. in c. nuper. de do natio. inter vir. & vxor. & in c. ex tenore de for. comp. etiam facit optimus tex. inc. cum causam, extra de prebend. & hoc ita videtur clarum, vt multis verbis opus nõ sit, & ita ista obligatio rerum maioratus quasi indemnitas erit accipienda de qua obligatiõne loquitur tex. in dict. l. qui generaliter, & tex. & Docto. in l. fi. in princip. ff. si cert. petat.**

SVM.

## Liber septimus Cap. VI 48

¶ SVMMARIVM ¶  
Ex Cap. Sequenti.

- 1 Reus dicitur fugiens.
- 2 Interpretatio l. 4. 6. tit. 2. p. 3.
- 3 Lex diffamari nõ est extendenda
- 4 Interpretatio l. si contendat de fidei iussori.
- 5 Quando habens exceptionem agere possit.
- 6 An possit quis petere vt declaretur successor post alicuius mortem.

Cap. vj. De his quæ dicta sunt in lib. i. circa interpretationem lege Diffamari.

**I**N eodẽ tractatu de Hispano. primogen. in lib. 3. in c. 14. D. Ludou. Moli. nostrâ reprobat interpretationem, quam ad l. diffamari C. de ingenu. & manumiss. in lib. 1. nostra. interpretat. in c. 2. adaptauimus, id quæ certe præter opinionem nostram accidit, dum eam omnibus doctissimis viris prouandâ sperabamus, cum ex iuris regulis, & quodammodo ex cõmunitibus animi conceptionibus deducatur, quis enim efficere potest, vt reus non sit reus, & fugiens, hoc enim nomen, vt ibide monstrauimus Iustinianus reum appellat in l. properandum C. de iudic. in §. si quidem, eoque nomine apud rectores grecos passim enunciat, vt reus fugiẽs actor persequẽs reus appellatur, hic enim Diocon, ille vero Phegon, quis enim Sopitos excitet ignes? & litium moueat camerinam? cum omnium gentium con-

sensu proverbio admoneamur *Li tem ne quare cum licet fugere*, Nam inimico recedenti potest argenteum ædificandum consulunt viri prudentes, & Alcibiades dicebat melius esse Dicen Phygein quâ apophygein litẽ fugere quâ absolui vi. in apothema. & sapiens in parabol. c. is, inquit. *Homo peruersus suscitac lites*, quantum autem bono viro hæc nostra sententia conueniat explicat Cicero lib. officiorum secundo qui ita inquit, *conueniet autentum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum, alitibus vero quantum liceat, & nescio an Paulo plus etiam quam liceat ab horrentem, est enim non modo liberali paululum non unquam de iure suo discedere, sed interdum etiã fructuosum*. Et Vlpian. eleganter in l. ite si res in §. i. ff. de alienatione iudicij mutad. caus. inquit, *Nõ tamen eius factum improbat Pretor qui tanti habuit recarare, ne propter eã sepe litigaret, hac enim vericunda cogitatio eius, qui lites execratur non est vituperanda*, Quantum vero ab hoc discedat ille qui re possidẽs litigat nemo non videt imo hæc interpretatio quodammodo legi Euangelicæ aduersatur, nõ do minus Matthei 5. inquit. *Et, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicã tuã tellere, dimitte ei & palliũ*, Quia (vt ait Augustin.) *Difficile est propria relinquere, sed difficilius est à lite sine crimini exire*. Ille vero qui iactatiõis querelã instituit sine caus. vult iudicio cõcedere,

I cum

cum nihil ei adimatur, tantum ab est, ut sua dimittere velit.

Desiderarem ut vir doctissimus argumentis nostris, seu demonstrationibus potius respondisset, sed licet id ommisserit, nos suis non grababimur satisfacere, illud autem est potissimum, quod lege partitæ sua opi. comprobetur in 2<sup>a</sup> tertia parte in l. 46. titul. 2. que licet expressa esset, tamen ius commune interpretati obijci non facile possit, tamen apud me non esset leue fundamentum, si id, quod Dominus Molina dicit, illa lex probaret, cum ius commune diligentissime leges illę persecuatur, sed ni fallor adeo lex illa a nobis stat, ut etiam sola illius legis decisione nostra possit defendi opinio, nam imprimis lex illa regulam statuit, ut ad iudicium reus inuitus non auocetur nisi quibusdam speciebus certis, ut puta si seruus quis appellatur, vel infamiae verbis inspergatur, his enim casibus similibusque potest quis aduersarium ad iudiciū prouocare, ut vel id quod protulit verū esse ostendat, vel fateatur iniuste ea verba protulisse, vel iniuriæ pœnam quam iudex arbitreret exoluat, hoc autem nostram comprobat sententiam, qui solum vbi statutus, seu conditio personæ leditur, vel ea iniuria afficitur, ille modus agendi iure permillum esse censuimus. Si enim quis nō mētiens vel feruum suum, vel nocentē appellauerit, impune id fecisse videtur, secus si imponens id dicat ut in l. cum qui innocentem. ff. de in iur. denique mea nō interest quod re,

quam possideo Sempronius suam asserat, cum ex hoc domo mea nō deiciat, ideo ex diffamatione, vel vanis vocibus nō magis moueri debeat, quā si dura si lex, aut stet Marpesia cautes, nec si quod sua interfit, semper possessor asserat, audiendus erit, cū vanas voces potius spernere debeat, quam litē instituere, ut ostēdimus in dict. c. nā & ambitiosam diligentiam reprobat iuriscōsulti ut in l. si bene collocatę ff. de vsur. & vi. l. pe. ff. ad exhibend. vtil. nec supina in fi. ff. de iuris, & fact. igno.

3<sup>a</sup> Quod autem D. Ludou. cōtendit dictam l. diffamari exēpli causa id proposuisse, parū promouet cū sub titulo certo illa l. cōstituitur, in quo de ingenuorum causis agitur, quod si generale id esset, potius in titul. de actionib. & obligationib. illa decisio esset sub regula constitueda, sicut l. si ea que C. de accusationib. sub titulo illo generali, nō sub materia speciali collocatur, ideo exemplum dici nō potest, ut ad alia illa lex trahatur, cū illa materia peculiaris sit ratio ut latissime in dict. c. ostendimus omnium actionum genera deducētes in quibus turbatio vel realis, vel verbalis cōsideretur, neque quod questionis bonorum questionibus libertatis, & status competantur, efficit, ut æqualis in vtroque sint diffamationes, cū in alijs diffamatio damnum inferat, in alijs vero nullum asserat præiudicium.

4<sup>a</sup> Quo ad lege si contendat ff. de fidei iussor. non existimo opus esse respondere, cum verba legis aperta sint, inquit enim, *Si cōtēdat fide*

*fidei iussor ceteros soluēdo esse etiā exceptionem ei dandam, si nō & illi soluendo sint.* Verbi. hic *Si nō & illi*, Verba continet exceptio nis fidei iussoris opponentis agenti creditori recte in solidum a me peteres. si non alij fidei iussores soluendo sint, vñtatissimus est hic modus excipiendi contra agentē apud iuriscōsultos recte ageres si nō & ceter. ut in l. i. ff. fami. hercis. ibi *Per hanc exceptionem, si in ea re de qua agitur præiudicium hereditatis non fiat.* Et in l. itaque ff. de procuratori. & in l. sicut in §. illud versi. quod si is, ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. & in l. 2. ff. de exceptio. rei iudi. ibi si nō & in l. quæcum herede, ff. de actio. & obligatio. & in l. si ate in fine, & in l. si mater in §. idem Iulianus de exceptio. rei iudi. & in l. apud Celsum in §. item quaeritur verfic. extat Neruę & Artulicinię sententia, & in versi. Labeo 2. & in §. fi. ff. de dol. exceptio. & in l. si post litem in §. filius familias, & in lege fundam ff. de exceptio. & in lege, sed & si lege in §. item si rem secūdo ff. de preti, heredi. & in lege qui pendentem ff. de actio. empt. & vendi. elegans text. de replicatione loquens in lege cum par delictum ibi *Si non rei* & ceter. ff. de regul. iur. secundum veram literam illius text. quæ ex supradictis probatur, optimo tex. in §. si. de replicationi. ibi *Per exceptionem si bonis cesserit*, Et in princip. eodem titulo ibi *Si non conuerit*, quos text. maxime nota, quia non reperies collectos ab aliquo et addam tex.

in lege fi. ff. de publicia. in rem actio. & in lege si debitor ff. de pignori, et in lege si fundus in §. creditor eodem titulo optimus tex. in l. Titia cum testamento in §. Caius Seius ff. de leg. 2. vbi dicemus in numer. 7. aliquid dixi in l. si a primo de lib. & aposth

Denique si agente creditore cōtendat fidei iussor ceteros soluendo esse, etiam exceptionē ei dandam, *Si nō & illi soluendo sint*, & ita clara est illius legis interpretatio, quia lex loquitur de diuisione quæ fit per epistolā Diui Adriani, ex qua exceptio reo competit contra actorem agentem ne ab eo in solidum exigatur ut in §. si plures instit. de fidei iussoris quod si quis nobis Doctorum interpretationes ad dict. in lege si contendat obijciat, nos petere principium dicemus, & assumere id de quo est controuersia, nam in hoc Doctorum interpretationes falsas esse contendimus

2<sup>a</sup> Quod si hanc rem penitus considerare velimus in dict. l. si contendat, nihil est cur reus agendo contendere possit, licet doctores id velint, Bar, ibidem & in lege si finita in §. eleganter in numer. 3. de damn. infecto, nam licet quando reus & actionē habet, & exceptionem possit prouocare ad iudicium ut per Bar. in dict. §. eleganter, tamen vbi nulla sibi competit actio, neque officium iudicis nobile, aduersarium enim iudicis officium, quod exceptionibus de seruit, nullas ad prouocandum

dum ad iudicium vires obtinet) non potest reus ad iudicium actorem cogere & ubi in l. si mentio quod reus actorem conueniat de extrajudiciali cōuentione intelligitur vt in l. i. in fi. cum gl. ff. de vsur. neque illa equitas, quæ in exceptionibus inspicitur solent in ac specie versatur dict. l. si cōtendat q. in exceptio, illa quæ ex epistola Diui Adriani oritur, solum agenti creditori opponi poterit, nam si plures pro eodem debito fidei iubeant omnes in solidum tenentur, licet exceptiones, vt fiat diuiso per epistolam Diui Adriani inuenitur vt in dict. §. si plures, in l. i. de fide iussor. neque obstat fieri posse non petente creditore alterum ex fidei iussoribus effici non soluendo, ideoque alius oneretur, vt in l. inter fidei iussores ff. de fidei iussori. nā hoc facile euadere fidei iussor potest si soluerit suam partem creditori velit, alioquin si suam partem soluere nollit, quæ ratio, aut æquitas exigit, vt diuidatur obligatio, vt periculo creditoris alius nō soluendo efficiatur cōtra iuris regulas: quare etiam audiatur fidei iussor, qui suam partem soluere nollit, vt ab obligatione iuris liberetur iniuste: si enim solueret partem suam, solutione sua diuisio ex epistola, si tunc alter soluendo sit locum habebit, & protestari poterit contra creditorem, neque opus iudicio erit, vel lite, vt in l. si creditores C. de pact. quod si forsā creditor partis solutionem recusaret, totum offerens qui fidei iussor actiones sibi mandari aduersus cōfidei iussorem petere iuste poterit;

vt in lege cum alter C. de fidei iussoribus, ideo vt reus possit, antequam creditor agat, petere, vt actio diuidatur iniquum est cum fidei iussor non soluens inique creditoris ius, quod in solidum competit minuere, proferat, licet Doctores, ex sua interpretatione addict. legem sic contendant de fidei iussor. id admittere necesse est, semper enim solent, vno in cōueniente admisso, inde plura sequi, vt in lege raptas C. de rescindend. venditione.

6 De alijs autem iudicijs quæ agitari solent, vt quis post mortem alicuius de claretur successor, non est quid dicamus, cum tractus futuri repositi ad iudicem nō expectet, vt in l. i. in §. r. ff. de vsuris, & iudiciū, antequam aliquid debeatur accipi nō possit vt in princip. insti. de actioni. & in l. non quemadmodum ff. de iud. & possit actor interim mori, & iudiciū elusoriū effici, & ita Terentius Clemens, istā cognitionē prohibet in l. non oportet de legat. 2. inquit enim, Non oportet prius de conditione cuiusquā queri, quā ad eum hereditas legatū uel pertineat. Et ita bene Penil. probat istam sententiā in l. i. in 3. parte in nu. 78. C. de bonis maternis & vide Héricū in c. in nostra de sepul. & in c. cōstitutus in 3. col. de integritate restitutio. & Alexandrū in consil. 95. in volu. 1. & quæ tradit Marian. Socc. in c. significatib. in numero 75. de libelli. oblatio. facit tex. in l. atheus in §. si. cum ibi nota. ff. de aq. plu. arcem & vide Rodericum Xuarez in Allegatione

tionem 3. & 4. & Dom. Antonium de Padilla in l. i. C. de fideicommiss. & Antonium Gomez in l. 4. in nu. 49. in ll. Tauri, & Martiar. in materia fideicommissi. in 3. parte in q. 61 & ad materiā istius legis diffamari vide decisio. Pedamontana. 151. & R. Episcop. Segobienf. in lib. 1. variarum resolutionum in cap. 18.

¶ S V M M A R I V M ¶

- 1 *A. est nota absolutiois Th. uel condemnationis.*
  - 2 *Alias notas alij usurpabat.*
  - 3 *Media uia quando poterat eligi in condemnando.*
  - 4 *Facti questio ad iudicem expectat.*
- Cap. vii. in quo comprobatur ex antiquorum usu sententia quā defēdimus in c. 1. in lib. 1. istarum interpretationū, et decloratur locus Aristotel.

IN eodem lib. 1. harū selectarū interpretationū in c. 1. latissime ostēdimus nullo modo fieri posse, vt in delictorū punitio, quod probatio plena nō sit, media uia eligatur, vt partimquis absoluitur, partim condemnatur, licet Doctores nostri vulgo id probent, quæ opinio nostra adeo uera est, vt omnium antiquorū cōsensu sit comprobata, qui duas tantum notas alteram absolutiois, alteram condemnationis Symbolū habebant A, scilicet absolutiois, Th. uero

condemnationis quod hęc uelima Thanathon hoc est mortem significaret, ideo Perfius inquit & *Potis est uitio nigrum pre fixere Theta* & Ouidius, *Mos erat antiquis niueis atrisque lapillis, his damnare reos, illis absoluerē culpa*, Non ergo erat tertia litera, qua partim absolute partim possent cōdēnare, erat enim repugnantia quædā, & quamuis. Anus Hippodamus Milesius hanc mediam probauerit uia qui sententias in iudicijs, non calculis ferendas esse censebat, sed uinum quemque iudicem tabellam afferre in qua suā sententiā scriberet, si cōdemnaret simpliciter, sin absolute simpliciter, sin partim condemnaret, partim absolute id ipsum diffiniret, sed eius iudiciū reprehēdit Aristot. Politico. lib. 2. c. 6. quia id potius arbitrium, quam iudiciū esse censet, quod non suam sententiā probat, cum iudicia ex lege non ex arbitrio constitui debeant, qua ut inquit Aristotel. politic. lib. 2. in c. 8. *Non secundum legē scriptam iudicare, sed secundum quod sibi uidetur, periculosum est.* Et licet Alcouig Pedianus alia symbola fuisse uelit scilicet condemnationis. Th. absolutiois uero T. tertiuq. A. scilicet ampliationis qua differēdū iudicaret dū eis nō satisfiqueret, id tamē nostrā potius sententiā cōfirmat, cū nunquam partim absolute, partim cōdemnare fuerit admittum, quod si quis mihi obijciat, me ipsum in dicto c. 1. statuisse partim posse quem absolui, partim cōdēnari, si delictum ex accideri leuius

3 fit, ut si in rixa, si iusto dolore com-  
motus deliquerit, vel si in defen-  
dendo se excefferit, vel si id exigat  
gras, ideo necesse esse quoadq; me-  
diam viâ eligere, & potius Hippo-  
dami, quam Aristotelis sententiâ  
esse probandam, non negabo vsu  
utilitatis causa Hippodami senten-  
tiam receptam esse iuste, ut circui-  
tus vitetur, nam secundû Aristot.  
sententiâ in prædictis speciebus, qui  
homicidij accusabatur absolutio-  
nis sententiâ obtinebat, neq; e-  
nim homicidij mortis poenam me-  
rebat, sed iterû ad aliam poenâ  
iudiciâ exceptio obstabat, quod  
non sine culpa esse, sed non reum  
mortis, iudicatum fuit, ut ipse Ari-  
stoteles exemplo pecuniarij iudi-  
cij probat, sed quia ut dixi, ut cir-  
cuitus vitetur, aliter nostra sunt  
instituta iudicia, poterit mediâ via  
sine nouo iudicio eligi ex Hippo-  
dami sententiâ, ut latissime dixim⁹  
in nostro libello de redditib. eccle-  
siast. in 4. par. in c. 6. sed id ratio-  
ne causæ quod leuius crimē sit admit-  
titur, nō aut quod probatum sit v-  
no, vel alio modo, in quo nostra  
versatur opinio, quia si dubia res  
est, potior est causa absolutionis;  
nam ut in Problema. inquit Arist.  
*Unusquisque nostrum nocentē po-  
tius velit liberare, quam innocentē  
condemnare, cū enim quis ambigit  
errorem suscipere debet leuiorem.*  
Et Antiphon, *Si peccandum sit in  
iuste reum absoluerit, quam iniuste  
perdere melius fuerit, illud enim qui-  
dem peccatū est, hoc vero impietas.*  
Et Marcellus in l. proxime ff. de

his quæ in testament. delent. *In re  
dubia benigniorem interpretationē  
sequi non minus iustum est, quam  
tutum.* vi. rex. nota. in l. 2. in §. to-  
ties in verfi. æquius ff. de vent. in  
posessio. mitten. optimus text. in  
l. sed si is, in verfi. neque mirum ff.  
4 de carbon. edict. denique factū vel  
non factum esse crimen iudex pro-  
nunciare debet, non autē qua poe-  
na plectendus sit, nam ut Papi-  
nius respondit. *Facti quidem qua-  
stio in arbitrio iudicantis est, poena  
vero persecutio, non eius volunta-  
ri mādatur, sed legis auctoritati re-  
seruatur.* Vt Marcianus refert in l.  
1. in §. 1. in verficul. calumniatus  
ff. ad Senatuscōsult. Turpil. vt di-  
ximus in dict. capit. primo, quod  
si quis querat vbi hæc Papiiani  
sententia reperitur scripta, repe-  
riet eam in l. ordine ff. ad muuici-  
pal. ibi *Cum facti quidem quaestio  
sit in potestate iudicantium, iuris au-  
tem auctoritas non sit.* Huius autē  
rei rationem explicat elegantissi-  
me Aristot. Artis rhetoric. lib. 1.  
qui ita inquit, *Maxime quidem cō-  
uenit recte cōditas leges omnia, qua-  
cunq; possunt ipsas decidere. & quā  
paucissima his, qui iudicant, permit-  
tere.* Et ibi ponit rationes, & po-  
stea subiungit, *Factum vero sit,  
an non factum, futurum sit an non  
sit indicatoribus permittere necesse  
est, neq; onim vt ea legislator  
provideat fieri potest.*

S V M.

S V M M A R I V M

- 1 De intellectu l. pater filio ff. de heredi. instituend. & l. testamēto domini, eod. titul.
- 2 Inter hereditates, & legata multum interest circa interpretationum Senatus consulti.
- 3 Alia interpretatio dicti Senatus consulti.

Cap. viij. De his quæ dicta sunt su-  
pra in lib. 2. in c. 1. circa inter-  
pretationem legis seruo ma-  
numisso de conditio.  
indebit.

IN lib. 2. istarū interpretationū  
in c. 1. latius interpretati sumus  
Senatusconsultū, quo cautū erat,  
*Vt qui post manumissionem origi-  
nem repetierint, ea quæ de domo  
manumissoris habet ibi relinquunt,*  
quod Senatusconsultum refertur  
in l. 1. C. de ingen. & manumiss. &  
in l. de bonis ff. de libera. caus. &  
ita in dict. l. seruo manumiss. ideo  
legatum ingenuo relictum, si ad li-  
bertatem ex testamento peruene-  
rit, repetitur, si ingenuus iudice-  
tur, quia repetijt originem, nō an-  
tem ex eo, quod cōditio legati de-  
fecerit, deniq; & si vere ingenuus  
sit, si ipse nō repetat originē non  
priuatur legato, hoc enim in pec-  
nam constitutum est, & ista est ve-  
ra illius legis interpretatio, vt in  
dict. c. 1. ostendimus in nu. 27.

Sed contra istud Senatuscōsul-  
tum sunt duæ fortissimæ leges, al-  
tera Neratij, altera Triphonij, qui  
cum fuerint ex recēioribus iurij  
consultis dictū Senatum consultū

nō potuerūt ignorare, prior est l.  
pater filio impuberi ff. d. heredi. b.  
instituend. altera l. testamēto do-  
mini eodem titul. vbi si quis inli-  
tuatur cum libertate, & aliunde li-  
ber sit hæres voluntarius existet,  
nam in illa l. pater, pupillus seruū  
sibi a patre substitutū Titio ven-  
didit, Titius seruum, hæredem, &  
liberum relinquit filio mortuo in  
pupillari ætate, seruus liber fit ex  
patris testamento, & tamen pote-  
rit esse hæres Titio si voluerit, quā-  
uis vindicet se in libertatem ex al-  
terius testamēto, nam inquit tex-  
tus, *Si pupillo hæres extitit, pro-  
prius est, Vt Titio quoque si velit  
hæres esse possit.* Facit textus in l.  
sub cōditione, ff. de liber. & posth.  
idēque contigit in dicti l. testamē-  
to domini, si ex præmio liber ef-  
ficat, vt si velit ex domini testamē-  
to hæres sit inquit Tryphon. *Si  
aliunde liber est, id est ex præmio, nō  
est necessari⁹ domino hæres, licet au-  
tem ei volenti adire.*

Ad istam posteriorem legē non  
esset difficilis respōsio, cum ex eo  
liber fuerit, quod mortem domini  
detexerit, ideo nō indignus est hæ-  
reditatis, quod ex merito in Domi-  
num a lege libertatē consequutus,  
nam verba tex. hæc sunt, *Testamē-  
to Domini seruus sub conditione cū  
libertate hæres institutus, pendente  
adhuc conditione necem domini de-  
texit, & si postea conditio testamē-  
ti extiterit, aliunde liber est.* & c.

Sed hæc respōsio nō potest ada-  
ptari ad dictam l. pater filio, ideo  
aliter est opus respondere, scilicet  
quod dictum Senatusconsultum



in legatis locum habeat, non in hereditate cum poenam, ut dixi contineat, non est ad hereditatem trahendum, nam licet senatus consultum loqueretur generaliter, ut ea restituerint, quae de domo manumissoris haberent, tamen quia ea quae ex ultima voluntate sibi sunt relicta, non proprie de domo manumissoris habere videntur, cum iam eo mortuo sibi acquirantur, ideo opus fuit interpretatione, ut ad legata senatus consultum traheretur, & ita in dicta l. r. C. de ingenu. & manumif. dicitur, *In qua causa etiam legata ut liberti data esse iuris prudentibus placuit*, non autem iidem iuris prudentes de hereditate loquuti sunt, & lex poenalis etiam ex eadem, vel maiori ratione non est extendenda, ut diximus a libi, & notant Doctores in authent. quas actiones C. de sacrafanc. eccle. Optime Nicola. Euerad. in loco a ratione legis, sed non solum non est eadem ratio in hereditate, verum necessario dicendum est, senatus consultum nullo modo posse in hereditatibus habere locum, nam si ponimus haereditatem esse illum, qui libertus sit domini sui veri, vel putativi sit successor, quod etiam, si non solus, sed ex parte haeres sit, verum existimo, quasi sibi ipsi sit assignatus, licet lege expressum non meminerim, & hic intellectus videtur optimus ad dictas leges, neque intelligas de assignatione, quae fit ex senatus consulto, quae solum in liberis locum habet, sed de alia potiori quae fit per haereditis institutionem, per quam cum domino una persona efficitur.

Sed huic intellectui videtur ob stare tex. singularis in l. Caius Senius ff. de iure patronat. ideo verius est, licet praedicta ratio assignationis cesset adhuc etiam ad hereditatem non trahi dictum senatus consultum.

3. Potest alio etiam modo euadi haec difficultas, quod senatus consultum de his loquatur, qui ingenuos se esse profiterentur natos, non autem de his, qui seruos se fuisse profiterentur, sed aliunde manumissos, & hoc videtur expressum in l. 3. ff. si libert. ingenu. esse dica. vbi Pomponius interpretans dictum senatus consultum inquit, *Hoc sermone agnitis natalibus, de nullis alijs intelligendum est senatus consultum sensisse quam ingenuis*. Sed in dictis legibus non repetierunt originem suam, neque ingenuos natos, sed aliunde se esse manumissos asseuerant, ideo cessat senatus consultum, quod est valde notandum, quia l. seruo manumisso de eo loquitur, qui ingenuus pronuntiatus est, & potest ad hoc induci elegans tex. in l. statu liberum in fi. principij de leg. 2. sed non omnibus continget adire Corinthum neque inducere l. illam.

SVM

S V M M A R I V M

- 1 Potestas principis circa dominium rerum eadem est, siue dominiū sit iure gentium, siue iure civili quaesitum.
- 2 Eadem circa contractus vel legata pura vel conditionalia.
- 3 Cuius partis, non sufficit ut dominium possit auferri.

Cap. ix. circa ea quae dicta sunt in libro i. in cap. 8.



Vpra in libro i. harum selectarum interpretationum in c. 8. latissime ostendimus non magis posse principem auferre dominium ex causa iure civili inducta, quaesitum, quam res illa ex iure gentium contractibus esset in bonis nostris, nihilque referre sit ius, vel dominium quaesitum de praesenti, vel solum ius quod dicitur ad rem de futuro, sit iam ortum, vel si tantum probabilis spes a lege approbata, denique dominium usucapione esse quaesitum, vel emptione nihil interest, vel quod contractus ius, quod addimitur sit purum, in diem, vel sub conditione, nam idem est, dum conditio postea non deficiat, tunc enim nihil ademptum appareret ut in l. si marito cum l. sequet. quae incipit erit ergo potestas legis ambulatoria ff. de fund. dot. & in lege Aquilia si delectum ff. ad legem Aquil. facit tex. in l. quidam tabularum ff. de furt. & in l. si cum optio. serui. de optio lega. & in l. cum optio sic etiam

etiam erit ambulatoria principis potestas ius ex contractu conditionali, vel testamento adimentis, ut si conditio existat, nihil fecisse videatur, si deficiat, valeat eius dispositio, quod satis superque in dict. c. 8. probauimus, sed quia haec vulgo non intelliguntur, & ab adultoribus principum non ita facile probatur, nunc breuissime addemus quae etiam rem manifeste ostendat.

Primo nihil interest si Titius rem mihi furetur, ut furti teneatur, *Quod lege naturali prohibitum est admittere*, ut in §. furtum de obligatio. quae delict. nascuntur. & in l. r. in ff. de furt. illa res mea fuerit usucapione, vel alia iuris civilis acquisitione, an vero ex contractibus iuris gentium, sicut dicimus quod sacerdotium, & Episcopatus sunt de iure diuino, & obedire principi, licet quod sit ille praesbiter, vel Episcopus, vel princeps, sit de iure positifiui, non tamen id efficit, quin in eis violatur ius diuinum, & recte colligitur in libello de resident. ergo eodem modo violatur ius naturale in auferendo dominium quaesitum iure civili, sicut violatur quando auferatur dominium quaesitum ex contractibus iuris gentium, ergo non est maior principis potestas in hoc dominio, quam in illo nam, in iure ad rem vel conditionali idem iuris est quod in puro, quia eodem modo lederetur contractus ipse gestus sub conditione, quo puro, qui iuris gentium est, & idem est in legato conditionali, licet enim adimendo rem, quae nondum est mea non videtur mihi auferre dominium violatur tamen testatoris voluntas

## Selectarum interpretationum

contra quam nihil posse princeps ipse contra ipsos adulatorem fateretur in l. testamentum C. de testamen; item adueniente conditione rem meam ablatam apparet, & ita illa distinctio Doctorum de iure in re, vel ad rem omnino reiicienda est, quia *Hoc aliter constitui sine magna captione post humorum liberorum, qui parentibus heredes erunt non poterit*, Et alia absurda multa sequeretur quae elegantissime Pomponius iuriscōsultus prosequitur in l. ob id quod ff. ad l. Aquil. neque si mere iuris ciuili haec essent sequerentur & quae Doctores dicunt, nā vt late diximus in dist. capit. nisi propter delictum ius commune quo alij vtuntur, nulli est auferendum, nam & Sanct. Tho. in opuscul. de erudition. Princip. in lib. 1. in c. 1. inquit, *Vbi non delinquimus pares sumus*, Ideo maiores inquit Cicer. *In priuatos homines leges ferri noluerunt, id est enim praeuilegiū quod quid est iniustus?* Et Aristotel. in lib. 3. politico, in c. 5. *Aut enim dicendum est non esse ciues, aut ad participationem utilitatis sunt recipiendi*, Post haec scripta & excusis iam ante dictis Selectis, interpretationibus incidimus in libellum arie Pimili iuriscōsulti Lusitani eruditissimi, qui differētiā inter ius quāsum ex iure gentiū, vel ciuile quā Doctores nostri constituunt latissime, & prolixè, vt solet, reprobatur in rub. C. de rescind. vēdi. in 1. parte in c. 2. per totum, sed non posuit haec nostra, & ex lectura ipsa facile quilibet intelliget nos eū non vidisse, nec ab eo aliquid accepisse

aliquis nos acusare poterit, eū breuius, praesius, & subtilius nihil fallimur ea tractauerimus, cui *Alsati* ca illa redundantia placuerit prolixius apud eum leget, nobis *Lacōnismus* magis placet, qui antiquorum libris semper in cumbimus recentiorum *Adolexiā* execrantes, qui bonas horas male collocari efficiēt, nisi caute de fungēdi causa succisuis horis legantur, ex supradictis apparet, multa quae Doctores ponunt in hac materia esse falsa, quorum bonam partem cumulat *Aimo*. in tract. de antiquitate tempor. in 1. parte in c. 1. cum sequent. 3. Neque quod pars cuius interest citetur iustificatur haec rescripta, nam in eodē c. 8. in nu. 3. reprobauimus in hoc Doctorum sententiā qui in l. Gallus in §. & quid si tantum de liber. & posthum. volunt citationes eorum, quorum interest maximum effectum inducere, vt eis fiat praedictum, quod nos leuissimum esse existimauimus, vt alicui ius auferatur, quia citationes ex quibus solet fieri praedictum ad actus iudiciales pertinent, non ad Gratias, quas principes facere solent, ideo etiam si fiat citatio integrum remanet iudicium via ordinaria nullo ex citatione ei rei facta praedictum, quāuis *D. Ludou. Molina* meritisissimus consilij supremi auditor pro sua excellenti eruditione hanc nostram opinionem improbet in tract. de Hispano. primogen. in lib. 3. in nu. 23. existimans quod summaria cognitio praedictum care debeat partibus citatis, vel saltem illo, qui primo loco ad maiora successione vocatus est, sed li-

ect

## Liber septimus Cap. IX

cet doctissimus vir hoc existimet, non tamen possumus a nostra opinione, quam verissimam putamus, discedere, nam vt concedamus rectissime facere consiliarios Regios camerę ei rei praepositos, & Principem ipsum si hanc cognitionem diligentissime adhibeat, vt nulli in iuria fiat, semper tamen ea cognitio summaria erit, cum non sit seruata forma plenarij iudicij, & res iudicata supra ea re non sit interposita, quam summaria cognitionem in re adeo praedictum effice re, vt noceat citato, tāquam si res iudicata foret, non posse carere iniustitia, non potest ergo hoc iudicium priuatum publico, & solemnij iudicio facere praedictum, maxime quia adhibetur, vt Princeps suę conscientię satisfaciatur, quę etiā extraiudicialiter, & sine partis citatione potest esse informata, & certe vt testificatus sum in eo c. in Romana curia illa summaria cognitio in actis non redigitur, neque de his publica monumeta coram notarijs fiūt, & ita citationes quae fiunt, vt referendarij informantur extraiudiciales penitus sunt, neque seruatur in actis, nulla enim in hoc acta fiunt, an idem obseruetur in Regia curia non possum ita effectus oculatus, fateatur quod ipse *D. Ludou. Molina*, qui huius rei est locupletissimus testis, fateatur hanc esse summariam cognitionem, quo fit, vt satis opinio nostra probetur quod haec citationes, & iudicia non possunt plenario iudicio praedictum afferre, maxime quia hi actus, iudiciales non sunt, ideo neque citatio, quae solo iure ciuili non na-

turali ad actus iudiciales est induta, vt diximus in lib. 2. in c. 14. in nu. 8. potest hoc facere praedictum iure non iudiciali, quid enim si non compareat, an successori nocebit, quod neque iure communi admittitur, ideo melius faciet non comparere vt in l. qui repudiatis in §. si cum concordati ff. de in officio. testa. quid si nihil alleget. quia non profuturum speret? sed certe melius est omnia iudicio plenario seruare, quā his summarijs cognitionibus res iudicatas efficere, sed inuenta sunt remedia, vt non solum res sit iudicata sed iudicatisima, vt in eodem c. 8. in nu. 12. diximus ex Bar. in l. si. de canon. frumenta. verb. Rom. lib. 11. not. rip. in l. 1. in §. sublatam in §. limitatio. ff. ad Senat. cons. tubellia & probatur in l. iudicium soluitur ff. de iudic. sed potentioribus pareres esse non possumus.

### ¶ S V M M A R I V M ¶ Ex Cap. Sequenti.

- 1 *Maius peccatum committitur ex incestu cum propria consanguinea quam cum consanguinea uxoris*
- 2 *An incestus impediatur contra here matrimonium in utraque specie. vel solum in posteriori, vel potius in neutra.*
- 3 *Affinitas contrahitur per fornicationem & sine matrimonio.*
- 4 *Penitentia iniungi potest ne matrimonium contrahatur.*

Cap.

Cap. x. circa ea que dicta sunt  
in l. i. in c. 9.

**D**iximus in lib. i. harum interpretationum in c. 9. prohibitum esse cum, qui incestum commisit contrahere matrimonium contractum tamen tenet, sed exigere debitum sine peccato mortali, qui ita contraxit, non potest, licet reddere teneatur, hec probantur in c. transmissa. & in c. i. cum sequent. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suae, & in c. concubuiisti 32 q. 7. & nota in c. 2. de pœni. & remissio, sed hæc res non parum est controuersa, nã licet in eo qui cognouit consanguineam vxoris suae viuę vel mortuę, vel in ea que cognita est a consanguineo marito sui res sit manifesta, tamen de eo, qui cognouit consanguineam propriam, licet maius sit peccatum committere incestum cum consanguinea propria, quam cum consanguinea vxoris, cum maius sit vinculum consanguinitatis, quã affinitatis, matrimonium alij interdictum, alij simpliciter permissum, alij prohibitum, sed si contrahatur, licet in contraheo peccetur, sine peccato tamẽ & petere, & reddere debitum posse, Primum volũt doctores in dict. c. i. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suae, & asserit magis comu. D. Martinus Nauarrus in manual. in c. 22. in n. 74. & 75. & probatur in l. 13. ti. 2. p. 4. vbi Grego. Lopez, cõtrarium vero tenet Siluest. ibi allegatus, vt non impediat matrimonium propter incestum commissum cum consanguinea in verb. matrimonium. 7.

circa finem qui putat Sanctũ Thomam fuisse istius opinionis, quia licet sit maius peccatum coire cũ consanguinea, quã cum affini, nõ tamen id cõsideratur, sed quod copula cũ cõsanguinea non habet in se cõtemptũ matrimonij, sicut copula cum affini vxoris, vel mariti sui, quo fiet vt si affinitas extra matrimonium vitietur per incestum quod idem erit de consanguinitate, vt nõ impediatur matrimonium cum tertia, vt si quis vel duas Sorores cognouerit vel amitam, & neptem, nam hic affinitatis incestus fit, quia affinitas contrahi potest extra matrimonium per fornicationem, vt in c. fraternitatem, & in c. de illo & in multis alijs illius tit. de eo qui cognouit cõsanguineam vxoris suae, & licet gl. in l. non facile ff. de gradib. in verb. per nuptias, & in §. i. id dicant tantum esse de iure canonico, nõ ciuili, tamẽ idem est de iure ciuili, vt per fornicationẽ contrahatur affinitas, vt expresse probatur in l. adoptiuũ, in §. idẽ tamen ff. de ritu nuptia. ibi *Cum enim cognatio seruilis intelligitur, quare nõ est affinitas intelligatur?* Et probatur in l. liberi C. de nuptij, & in l. i. in §. si qua in patre ni vbi gl. notat. ff. de cõcubinis, ne que tex. qui pro cõtraria parte allegatur aliquid facit in dict. l. non facile. in §. sciendum, vbi Modestinus inquit. *Sciendum est, neque cognationis, neque affinitatis esse posse, vbi nuptia interdicta sunt ex quibus affinitas coniungitur.* Quia hic tex. intelligitur nisi sequuta fuerit copula nõ alioquin quod de

cognitione dicitur a parte falsum est vt in l. & nihil interest de rit. nup. vi. l. adop. §. seruilis eo. tit. & quod dicitur in dic §. sciendũ, est etiã de iure Canonico, quia matrimonium nullũ sine copula neq; cõsanguinitate neq; affinitate inducit, licet inducat aliquãdo impedimentũ publicę honestatis, vt in c. ad audientiam extra de spõsali. & in c. duo pueri, cum ibi notat de desponsatio, in puer. & licet Hippolitus de Marti. allegans Ancarra. in sing. 25. 4. dicat, considerari affinitatem per fornicationem, quoad impedimẽta matrimonij, non quoad pugnationem incestus, tamen ista distinctio non probatur in iure, cum appellentur nefaria coniunctio, vt in dicta l. i. de concubi. & matrimonium potius excusare soleat incestum, vt in l. si adulterium cum incestu, in §. non vnquam ff. ad leg. Iulia. de adulteris. Ideo ista opinio placere non potest, deniq; quoad impediendũ matrimonium videtur legi matrimonij haberi respectus, ideo incestus cognationis, in qua non est respectus matrimonij, non impedit matrimonium, & hæc opinio tenet R. Epif. Segobie. in 4. decretal. in 2. par in c. 6. in nu. 4. Alfon. vero de Cast. prohiberi quidem matrimonium concedit, ideo con peccato contrahi, sed copulã post cõtractũ licite exigi in lib. de leg. pœnal. in c. 7. in 3. documento circa si. mihi vero videtur non satis hanc rẽ explicatam, & tex. fere cõtraria asserunt, nisi concilientur vt infra dicemus, nã tex. in c. si duo. 35. q. 6. expresse matrimonium contrahere

permittit dicit enim qui iuuenes sunt alia matrimonia cõtrahere nõ prohibentur, Idẽ videtur probari in cap. si quis duabus. 33. q. 2. p. cõtrariũ in c. si quis viduã 32. q. 7. in eo qui propria cõsanguineam cognouit matrimonium prohiberi videtur, quod est ex concil. Magun. quod tamen Gratianus in c. si quis cum nouerca in versi. quãuis ead. caus. & q. refert aliquos intelligere vt inter incestos ipsos matrimonium prohibeatur, non inter terrios tex. in c. de incestis 35. q. 2. ex cõcilio Agati, nihil declarat glo. tamen vult dispensationem requiri, & tex. in c. si cum matre 35. q. 2. videtur matrimonium prohibere, nisi intelligatur quando altera habuit in vxore, licet pura videatur hæc interpretatio, sed nõ dissimilis ab ea que fit in c. qui dormierit. 32. q. 7. & 27. q. 2. ideo verius existimo Canones prædictos prohibentes incestos cum cõsanguineis matrimonium contrahere eo pertinere, vt iudicio iudicis, & confessorũ relinquatur, vt possint eis hoc imponere, si putant posse continere, non autem si nõ imponatur a confessore hõc a Canonẽ precise impositum, nisi illis, qui cum affinis incestu commiserunt, vt in dict. c. transmissa. quod certe & parrem esse illius pœnitentię dici potest, ita vt sacerdos possit etiam matrimonium nõ prohibere nisi criminis grauitas, qualis est in primo gradu, incestus in d. c. transmissa. aliud exigere, optimũ tamẽ esset super hoc declarationẽ a sancta sede Apostolica fieri in vnuersum, in omnibus tamẽ speciebus quĩ

Episcopo dispensare possit dubitat nemo, causamque subesse quod iuvenes sint, nam dicti Canones hanc rationem considerant, in cap. ex literis de eo qui cognov. confang. vxor. & in c. si duo. 35. q. 6. & in c. ad adolescentiam, 33. q. 2. nam & in his quibus propter delictum prohibetur matrimonium in dic. cap. 2. de poenit. & remissio. id videtur non precise induci, sed ad adolescentiam habitam ratione, ideoque sacerdotis iudicio relinqui. Sed de fiderem maxime in hac re (vt dixi) sedis Apostolice declarationem, & ideo hanc rem alij potius iudicandam relinquo. Aliqui putant, quod credi potest, quod dicitur canones, in delictum abierint, ideo ubi est consuetudo, vt dispensatio non impetretur: obseruanda sit, vt tenent doctores.

**SVM MARIVM**  
 Ex cap. sequenti.  
*Si mater, ex successione filij bona mariti possideat, & utrum possit inter filios dividere.*  
*Neque quoad legitimam matris sunt dicta bona libera.*

Cap. xj. De interpretatione authent. lucrum C. de secund. nuptijs.  
**E**ST etiam alia questio in qua aliorum etiam iudicium desidero, per leges codicis prohibetur est mulieri, quae transiit ad secundas nuptias, de illis bonis, quae a priori viro habuit, vel a filijs ex paterna successione ad alios, quae ad filios transferre, inter filios autem potest disponere, & quem velit ex eis eligere, vt in generali-

ter, in §. diuidendi. C. de secund. nupt. Hac autem electio per ius authenticorum ei adimitur, in authent. de non eligend. secund. nubent. in §. prospeximus, collat. 1. & in authent. de nup. in §. venient, collat. 4. & in authent. lucrum, C. de secund. nup. Sed hi rex loquuntur de lucris nuptialibus habitis a marito, vel ex donatione, vel legato a marito immediate prouenientibus, ideo dubium est si mulier ex successione filij ab intestato bona mariti possideat, iuxta authent. ex testamento, C. de secund. nup. Vtrum ea bona possit inter filios arbitrio suo dividere, alij maiorem portionem conferendo, an vero hec electio ei sublata videatur? dubito quia rex de hoc non loquitur neque aliquis ex nostris doctoribus, quos ego viderim, nam omittunt hoc ordi marij doctores ibi & recentiores repetentes titulum de secund. nuptijs, & Xuares qui de hac authent. tractat iniquoniam in prioribus C. de inoffi. testam. in ro. limit. l. regni de lucris nuptialibus loquitur, & idem in tit. de las arras, in verbi. arras qui data opera in illis expresse loquitur, & Ludouic. Moline. in lib. 2. de Hispania, primo in c. 60. hos terminos non transgreditur, pro vtraque parte possunt argumenta induci, vt ad bona mariti per filiorum successione dict. authent. trahatur, quia videtur habere locum, non solum in illis, quae ab viro ipso prouenerunt, verum in illis lucris, quae contemplatione viri sunt delata, argument. eod. tit. in authent. in donatione pro parte contraria faciunt que

Ri

Ripa tradit in l. foemine in nu. 34. eo. tit. & facit, quia iam filij patrimonium effectum est vt in l. fi. C. de in offi. testa. & sufficit vt retineat illam qualitatem, vt filijs referuetur non tamen infertur vt electionis ius matri auferri debeat: quia hoc expressum in lege non reperitur, sed illud tantum, & hoc penale est, neque ita filijs primi matrimonij preiudiciale, vel nociuum, cum sit saluum eis ius legitime, & insuper in id, quod amplius est extero relinqui non possit, sed ipsis filijs, & hanc partem veriorum putamus, sed parati, si alius meliorem attulerit, non stram mutare sententiam.  
 Et not. quod ab hoc onere imposito matri in bonis sui filij ab intestato delatis, quae patris sui fuerunt, non eximitur legitima ipsius matris, nam neque legitimam suam extero poterit relinquere, vt bene obseruat post antiquos quos refert Io. de Garroni. in authent. ex testamento in num. 30. cum sequet. licet dubiter Rip. in l. foemine, in §. illud in fin.

**SVM MARIVM**  
 Ex Cap. Sequenti.

- 1 L. 2. beneficium non potest tolli alia machinatione.
- 2 Etiam si donetur quod plurius est & insinuatio fiat.
- 3 Ex defectu potius potestatis contractus deficit in d. l. 2.
- 4 Neque prodesse Iuramentum quia relaxatione habita irritatur contra-ctus vel renunciatio.

- 5 Iuramenta essent prohibenda in omnibus contractibus.
- 6 Donationis, & venditionis contrarij fines.
- 7 Omnes conuentiones sunt pars emptionis.
- 8 Eadem facilitate qua est facta venditio adiungitur clausula donationis.
- 9 Ubi est infirmitas voluntatis, lex tollit iustissime potestatem.
- 10 Si Sargax vel imperius venditor non mutat iuris dispositionem.
- 11 Quid in foro conscientia.

Cap. xij. de his, quae dicta sunt in li. 1. harum interpretatio in cap. u. cir cal. 2. C. de rescindend. vendition.

**I**N lib. 1. harum interpretationum in c. 11. multa diximus circa leg. secund. in C. de rescinden. vendition. ibi ostendimus plures doctorum errores circa illius legis interpretationem, illamque interpretandam fore etiam si sciens, prudensque sit laesus venditor, & iusti pretij conscius illius rei, quam vendidit, & etiam si expresse beneficio illius legis renuntiet, sive generaliter, sive in specie, quinimo etiam si donet quod plurius sit, & addo etiam si iudicem adeat, & insinuet venditionem, quatenus donatio sit, nulla enim machinatione effici potest, vt illius legis beneficio, & equitas excludatur, horum ratio ex his, quae ibi late diximus manifesta est, nunc vero vt omnia vnico verbo concludamus,

K 2 dici-

dicimus quod beneficiū illius l. 2. non tam ex defectu voluntatis læ si cōtrahētis, quā potestatis induci tur, quo fit vt quicquid voluntatē respiciat, nihil ex dictē l. dispositio ne mutari possit, vt in l. nemo potest, ff. de leg. prim. adeo vt si iuris rigore, & equitate ipsam recte obseruemus, etiam adiectio iuris iurandi nihil efficiat, nisi quatenus in vltimis, & in similibus reprobis contractibus, vt c. debitores de iure iurando si re non tradita fiat, neque de non repetendo iuretur, si vero fiat vel iuretur, vt relaxatio debeat, iuxta c. 1. de iura. & licet lege part. 56. tit. p. 5. disponatur dictū beneficiū iuramento à maiore prestito excludi, id tamē ne iniustissimū sit secundum prædictā interpretationem erit accipiendum.

Quinimo miror cum iuramentis satis sine iudicio prestitis tot iuris prouide, & cōsultissime cōstitutiones, sanctissimeq; leges destruantur quomodo non venerit in mētem iuriscōditoribus, vt interdicerēt omnino in omnibus cōtractibus, iuramenti interpositionē, nā si contractus ipsi satis recte & cum iudicio fiunt, visua iuris executionem fortientur sine iuramenti interpositione sin autē nō satis cum iudicio, sed necessitate quadā aut facilitate fiat, quare iuramenti adiectione vires habere debet, & ita sacramētum in cōtractibus superfluum est, aut prestat iniquitati fomētū, fragile mulierum genus indotatū efficit, paterna substantia minores spoliat, astutos homines vsura

rios, & latrones tuetur, quare igitur à republica non exterminatur, vel auctore Diuo Chrysofostomo in homelijs ad populum Antiocheum? quod si iuramenta vana detestatur Deus, quare & in perniciē imbecillioris sexus, & etatis extorta grassantur impune?

Sed omissis iuramentis quo pacto l. 2. beneficiū renuntiatione, vel donatione tollitur? cum donatio liberam omnino, & liberatam voluntatem requirat, & si maioris quantitatis sit, etiam iudicis auctoritatē, & voluntas quę in venditione incidit, talis nō est, cum venditionis finis, & causa liberalitati repugnet, vt ibi ostendimus per l. si voluntate. C. de rescindend. venditio. & alijs multis legibus comprobauimus, quod etiam in non absimili specie probatur in l. si. C. de pact. pignor. vbi pactum etiam quod donationem nō continet sed venditionem reprobat, quia nō videtur habere voluntatem adeo liberam, vt in venditione est necessaria, multo magis dicemus in venditione, quę sumptibus necessarijs vrgentibus solet celebrari, vt dicit text. in l. si voluntate de rescindenda vendit. non esse voluntatem liberam quę ad donationem ei adiunctam sufficiat, cum donatio propter venditionem, cui accidit fiat, & sicut in dicta leg. si pactum l. commissorie adiectū videtur ex mutui necessitate, & pars eius est, quia non aliter mutuasset fœnerator, quā eo pacto adiecto, ita in venditione adiecta,

doz

donatio necessitate veditiois adiecta videtur cum pars ipsius sit, imo si recte consideratur dicta l. si loquitur in difficiliore specie, & prabat fortissime sententiam nostram, nam ibi pactum l. commissorie, accessoriam continet veditioem, quę veditio non est ita damnosa, sicut donatio, sed quia miscetur cum pignore, non videtur habere liberam voluntatem, & talē qualis in simplici veditioe est necessaria, sed à precedenti contractu extortam, multo magis donationi adiecta, habet liberam voluntatem, quę simplicem donationē solet producere, est ergo donatio extorta, & multo minus valebit, quam pactum dictæ l. si. quia minor proportio altero tāto est inter donationē & emptioem, quem inter pactum l. commissorie, quę veditioem pignori accessoriam continet, & sicut legi illi non potest renuntari, ita nec huic, & hęc ratio est adeo efficax, & subtilis, vt omnia supradicta manifestissime possit euincere, facit tex. elegans in l. quāuis. ff. de solutio, cum his quę refert Hippol. in singul. 468.

Ratio autem omnium prædictorum est. quia omnes istę conuentiones, quę vel donationem vel renuntiationem dic. l. 2. continent, pars vt diximus sunt ipsius venditionis contractus, & pretij portio vt in l. fundi partem, ff. de contrahend. empti. & ex veditioe ipsa, non libere proueniunt, nā ob hęc pacta celebratur venditio, & sicut dicimus venditionem, quę fit certo pretio si mutetur pretiū factā

nō fuisse, ita si tolletur istud pactū donationis vel renuntiationis quę pars pretij sunt, non fuisse facta hęc veditio, vt alibi cōsiderat Marcellus in l. si quis aliam. ff. de solut. & Iabol. in dict. l. fundi partem & Hermogenia in l. qui fundū vendidit eod. tit. & Paulus iuriscōsultus in l. si stertilis in §. si tibi ibi. Quasi in partem pretij ea res sit, ff. de actionib. empt. & in l. quæris ff. de pactis dotalib. & Vlpian. in l. 4 eod. tit. quas leges alias allegauimus in simili specie supra in lib. 3. in cap. 8. in nu. 3. cum his quę tradit Tiraquel. deretrac. 1. par. §. 23. in gl. 1. nu. 2. cum sequent. ergo hęc pacta adiecta venditioni non sunt libera, sed cōspectiua ad venditionem, ideo ex legibus venditionis, non donationis cum toto contractu iudicari debent, cū sint incidentes promissiones vt in l. si cū in §. qui iniuriarum ff. si quis cautioni, & in l. 1. in §. si quis sub conditione ff. vt legato. nomin. cauea. facit tex. in l. profectitia dos, in §. si pater non quasi pater ff. de iure do. & ex vendit. actio. competet vt in dicto §. si tibi & l. qui fundū ideo vltra huius actionis metas pro tendi non potest, ridiculum certe est, & recto iudicio alienum, vt ob id quod magis læsionem ostendit ex qua dict. l. oritur beneficiū excludatur, eadem enim facilitate, vel necessitate, qua læditur quis male vendēdo, eadē & ad renunciandum, vel donandum impellitur, vt recte cōsiderat rex. in l. doli mali in §. diuersum. ff. de nouato. Liberalitatem enim captiosam interpretatio prudentium fregit. Ele-

tissime inquit Papin. in l. cum a-  
quiliana ff. de trāfact. & licet R.  
Episcop Segobien. in lib. 2. variar.  
resolu. in c. 4. in nu. 4. circa fi. ex-  
istimet illum tex. in dicto §. diuer-  
sūm nō recte ad hoc allegari, quod  
in muliere, vel minore loquatur,  
tamen expressus est ille tex. si com-  
paremus minori, vel mulieri maio-  
re in his speciebus, in quibus læso  
maiori succurritur, nā siue si ma-  
ior, siue minor qua ratione ad ven-  
dendum iniusto precio mouetur,  
eadem & ad donandum quod plu-  
ris est, vel ad renutiandum læsio-  
ni mouetur, horū enim sicut in ho-  
rologio, idem est principium &  
causa, imo quanto magis a vendi-  
tionis natura discedit, magis osten-  
ditur infirmum arbitrium, & sibi  
male constans, cum nedum diuer-  
sos, verum contrariōs contractus  
cōmiscet, ideo magis leditur pro-  
pter quod dictum beneficium in-  
ducitur, tantū abest, vt ob hoc ex-  
cludatur, neq; malum in hac re est  
argumentū in l. fi. in §. item que si-  
tum ff. de cōdictio. in deb. nā quod  
quidam dicunt non specificce, sed  
generaliter renuntiationē ibi ad-  
iectam nihil est, quis enim, qui ne-  
gotiorum expres omnino non est  
creder venditorem, qui omni legū  
auxilio renūtiat, si ab eo exigatur  
vt adijciat etiam l. 2. de rescindēd.  
venditio, hoc renūcere & potius a  
venditione discedere? denique do-  
natio hæc, non a legibus donatio-  
num, sed veditiois erit existimā-  
da, vt rectissime probat R. Episc  
Segob. in d. c. 4. in nu. 5. & 6. cum  
sequ. sed inferre debuit contrariū  
eig q; intulit, vt sicut veditio ipsa

cui accedit infirmetur, nō vt per se  
valeat vt donatio etiam si solēnia  
deficiant donationis, neque quod  
insinuatio huic cōtractui applica-  
ri non possit, efficit vt sine ea do-  
natio valeat, quia neq; cum ea vt  
diximus valet, ex eo quod infirmior  
est voluntas quæ inest in donatio-  
ne illa quæ venditioni accedit. quā  
quæ in simplici, & pura donatio-  
ne versatur, nā in illa adeo extor-  
ta a venditione videtur, vt etiā cū  
insinuatione non valeat, tantum  
abest, vt sine ea suas vires obtineat  
superest igitur vt totus cōtractus  
veditiois leges sortiatur, vt si iū-  
cta donatione læsio ultra dimidiā  
cōtingat locus sit dictæ legis bene-  
ficio siue adhibeatur insinuatio,  
siue non adhibeatur, quia in veditio-  
nis cōtractu, nihil potest pro-  
mouere insinuatio, & ita omnes  
rationes ibi positæ, nostrā senten-  
tiam probant, quia huius contra-  
ctus finis & causa cēptionis est nō  
donationis, nam quod potuit face-  
re scilicet donare, noluit, quia vo-  
luntas eius non ea, quæ in donatio-  
ne requiritur, est adhibita, cum nō  
omnino voluntaria fuerit, neque  
quod voluit scilicet vendere perfe-  
cte potuit, cum iniquitas fuerit in  
pretio, & ita est defectu potestatis  
contractus infirmus est, potiusquā  
voluntatis.

Ad quod manifestius ostenden-  
dum, notandum est quod vbi cūq;  
per legem presumitur defectus ius-  
tæ & perfectæ deliberationis, &  
omnino liberæ in agente, si lex ea  
ratione infirmat dispositionē cō-  
tractus ita gestus deficit, potius ex  
defectu potestatis quam volunta-  
tatis,

tis, nā licet vt fiat lex, sit causa in-  
firmitas voluntatis, facta tamen le-  
ge ob id actum infirmante, induci-  
tur in agente propter legis prohi-  
bitionē defectus potestatis, sic vi-  
demus in minore, in muliere, in  
Velleiano, in filio familias, in Mar-  
cedoniano, in pacto nudo de iure  
communi, in donatione non insi-  
nuata, in trāfatione super alimē-  
tis, & in alijs a nobis positis in di-  
cto c. r. nam in his speciebus pro-  
pter voluntatem male ordinatam,  
& presumptā facilitatem lex vo-  
luit infirmare contractus, ideoque  
post legē constitutam, qui contra  
fecerit, ex sublata sibi potestate si-  
ne effectu fecisse videtur, iustum  
enim est, vt ei, quē male velle lex  
iudicat, volēdi adimat, potestati,  
sic cōtingit in dicta l. 2. ideoque re-  
nunciatio, siue generalis, siue spe-  
cialis, neque donationis, siue a sci-  
ente siue ab ignorate aliquid pro-  
mouebit, quia vt diximus vbi cūq;  
que lex iudicat infirmā esse volun-  
tatē, tollit iustissime potestatem,  
cōtra quā nihil potest vtiliter ma-  
chinari voluntas vt in l. nemo po-  
test ff. de lega. 1. neq; aliquid inter-  
est si sagax, vel imperitus cōtra-  
hens, vt in l. 1. de minori. necessita-  
te rei familiaris, siue rei facietate,  
siue volutate vel profusione veditio  
fiat, vt recte existimat Domi-  
nic. de Soto in lib. 6. de iusti. & iur.  
q. 2. arti. 3. hæc enim vt Dialectici  
dicūt sunt per accidens, ideo natu-  
ram contractus, vel leges non mu-  
tant, vt est expressum in dicta l. 1.  
ff. de minorib. diximus latē supra  
lib. 3. in c. 12. in num. 6. 7. & 8.

Quid autem sit in foro consciē

tia? non est quid dicamus, quia cū  
æquissimum sit remedium dictæ l.  
2. & omnes a nobis interpretatio-  
nes adiectæ quare non in foro con-  
scientiæ, sicut in iudiciali erūt ob-  
seruandæ? & pro complemen-  
te dictæ l. 2. vide que dici-  
mus in ll. 2. ff. delegat.  
secū. in num. 8.

¶ S V M M A R I V M ¶  
Ex Cap. Sequenti.

- 1 Statutum vt possit quis armis  
spoliari, etiam ligat clericos.
- 2 Licet possit a seculari iudice ar-  
mis spoliari, non tamen potest ab  
eo multa iudici, cum R. Episco.  
Segobien. contra dict. D. Docto-  
rem Redin.
- 3 Magis est exequi secundū ius,  
quā de facto, ideo pars quæ potest  
apprehendere fugientē non potest  
verbaliter citare.
- 4 Adducitur elegans locus An-  
tisti Labeonis.

Cap. xiiij: De executione facta  
in clericum.



Olet apud no-  
stros iuris autho-  
res cōtrouerti, cū  
in ōnib; fere par-  
tib; cautū sit, vt  
arma noctu por-  
tates possint ipsis spoliari, vtrū iu-  
dex secularis possit id efficere im-  
pune in clericum, arma portatē  
sicut possit in secularem, cum sta-  
tutū de non portandis armis etiā  
cleri-



## Selectarum interpretationum

clericos cōprehendit, quod R. Episcopus Segobien. permillum esse cōser in pratic. quæstio. in c. 33. in fi. existimat tamen quod si pœna pecuniaria esset imposita ab statuto, eam coram iudice ecclesiastico fore exigendam, neque sæcularis iudex in ea re se intromittere poterit, sed dominus Doctor Io. Redin. meritisissimus consiliarius regis in eo libro, quem de maiest. princip. inscripsit in nu. 166. cum sequentib. ab opinione R. Episc. ducedere videtur. ytriusq. pœne executionem iudici sæculari concedens, quasi nihil inter hæc inter sit, quod certe periculosissimū est, neque admittendum, alioquin nō multū aberit, quin omnis iurisdic-tio laicis in clericos concedatur, hac enim ratione omnium pœnarum, que in pecunia cōsistunt, in clericos erit exactio, & sæcularis iudicis executio, quod defendi nullo modo potest, neque enim mouere poterit domini Doctoris argumentum dicentis inter has pœnas nihil interesse, quid enim interest armorū, vel pecuniæ pœna adijciatur? quod si rem ipsam consideres, vera videbitur domini Doctoris opinio, cum pecuniæ verbū generale sit, & omnia cōprehendens vt in l. pecuniæ verbum de verbo. signif. sed si ad modum exequēdi respicias, in quo est vis huius rei lōge differant, aliud est armatum factio ipso armis spoliare, aliud ab eo iuris ordine pecuniā exigere, non quod inter arma & pecuniam inter sit, quia & pecunia, quā exportaret extra prouinciam, cū id prohibitum esset, posset etiam sæcula

ris executor spoliare clericū, sicut & armis si factio ipso exportatam cōperisset, non tamen in pecunia, vel in armis cōdemnare posset, & in hoc clarum est discrimen, quia alterum facti, alterum iurisdictionis est, & maius est id quod ad iurisdictionem pertinet, quam id, quod factū, respicit, nam & creditor debitorem fugientem apprehēdere potest, vt nota, in l. ait pretor, in §. si debitor est, quæ in fraudem creditorū, per Bar. vbi Alex. in addit. in l. si quis in seruitutē de furt. cum multis que ponunt recētiore late Roderic Xuar. in l. 2. in tit. de los emplazamientos li. 2. for. versi. fin. incip. sed allende nu. 20. cum sequent. vbi multa latissime Rip. in c. 1. col. 39. cum sequent. de iudic. & in l. 1. responsio, in c. 13. & in l. obligatione generali, in nu. 27. de pigno. & Hippol. in parti. in §. diligenter, nu. 50. & in singul. 43. Socci, in l. 1. col. si. si cert. per. & pecuniam etiam asportantem vt text. ibid. dicit in dict. §. si debitorem, & clericum vt in dicta l. si quis in seruitute notant prædicti, & Hippo. vbi supra in d. sing. 43. & Iass. in l. de pupillo, in §. si quis riuos ff. de nou. op. nunciacione est commun. opin. secundū Rip. in d. c. r. in nu. 88. & in alias personarum multis iuris partibus facti executio p mittitur, vt late Iass. 10. col. nu. 6. & Gome. in principio de actionib. & tamen citare pars non potest sine iudicis præcepto, quia hoc iuris executionem, illud facti continet, vt probatur in l. neminem, C. de exhibend. reis, neque in criminalibus vt ibi, neque in ciuilibus, vt

in lege ad peremptorū, cū lege legent. ff. de iudic. ibi, *perat & impetret*, & Bar. in l. demonstratio falsa in 6. q. in col. 5. in prin. de conditio. & demonstr. & per Calaneū, in consuetud. Burgūdi. in rub. in §. 6. fol. 66 in 4. col. cum sequent. Iaso. in §. quadrupli. in nu. 12. instit. de actio. & ita in multis iuris partibus hæc differentia constituitur, vt licita sit facti executio, & non iuris.

Sic videmus maritum in fragari delicto, occidere impune, & retinere de facto adulterū posse vt in l. 1. c. 5. & in l. marito quoque ad tituli. de adulte. nō tamen ius dicere poterit iurisdictione exercēdo; nā & latrunculator qui occidere iure potest reum quod plus est, de re ciuilitate cognoscere nō potest, quod minus est, nisi accessorie, vt in l. solemus in §. latrunculator, ff. de iudic. adeo in ista materia à maiori argumentum nō valet, sic in patre qui filiū occidere poterat, vt in l. inuis de liber. & posth. cuius elegat. ponit rationē Simpli. in in chirid. Epist. Priscæ quidē illæ Romanorū leges, & ad naturæ eminentiam respicientes, & ad labores, quos patres pro filijs ferant, tum liberos omnino subicere volētes, & parētum puto naturali amoris confissequē, vel vendere parentibus natos si vellēt permisserunt, & impune interficere, & tamē nō potest in eum ius dicere ciuilitate, sed ad iudicē recurrere debet, vt in l. 3. C. de patr. postea & l. congruentius, vide omnino que dixim. in d. l. in suis in nu. 14. vsque ad finem, & ita multum in

terea clericum armis inductū spoliare, & multam ab eo exigere, quod vltimum iuris est & iurisdictionis, ideo qui sibi subiectum clericum non habet, nō potest hoc exercere, illud autem facti solum est, denique iudex sæcularis potest clericum arma portantem, vel res vetite illis spoliare, sed si cum ipso res vetite non reperiatur, ita vt executione facti, sed iudicio opus sit, nō poterit iudex sæcularis se intromittere, sed ad ecclesiasticum, iudicem erit recurrendum.

Huius simile est quod de Antistio Labeone Gellius nocti Attic. lib. 7. c. 17. obseruat & refert. *(um à muliere inquit, quadam Tribuni plebis, aduersus eum mississent, ut veniret, & mulieri responderet, iussit eum qui missus erat redire, & T. dicere ius eos non habere, neque se neque alium quemquam vocandi, cum moribus maiorum tribuni plebis prehensionem haberent, vacationem non haberent posse igitur eos venire, & prehendi se venire, sed vocandi absentem ius non habere, Hucusque Gellius, ex Varro-ne etiam hoc cōprobat, & non male ibidem grammaticus quidā in annotatio. ad Gellium explicat.*

Sic videmus quod potestate naturali, quam quis habet, vt vim repellere liceat, potest vti etiam contra superiores iniuste manifeste agentes, vt in l. de notum, C. de met. & pedime. lib. 12. & in l. de notum C. de iure fisci, lib. 10. nullus tamē dixerit posse vti potestate iurisdictionis, quia impossibile est, vt priuatus

uatus utatur nec etiam iudex in pares, vel superiores vel in nō sup-  
positos suū iurisdictioni, vt in l. ex  
sta. r. r. c. o. i. ff. de iurisdic. om-  
nium iudic. Resima est ergo conse-  
quentia, potest enim iudex secula-  
ris clericorum spoliare, ergo por-  
test et multam pecuniariam indi-  
cere, quia illud merita est. hoc  
autem iurisdictionis, quam nullus  
exercere potest, nisi ei fuerit iure  
positiuo concessa.

Ex capite sequenti

*Etymologiarum cognitio quam  
utilitatem afferat, & num. 3.*

*ponitur nominis feligrefes etymo-  
logia.*

*Etymologia nominis Damni.*

*Cap. xiii. de Etymologie vtili-  
tate, & vfu.*

**R**equirendi Etymologias  
anxius labor, licet sepe nu-  
mero inutilis sit, tamen al-  
quando rei naturam penitus ex-  
plicat, & licet ad probandum le-  
uis sit auctoritatis, cum vt Gale-  
nus in lib. 2. de Hippocratis, & Pla-  
to, decret. inquit: *Arrogans testis  
est Etymologia, quippe que sepius  
me eque veritati contradicentibus, non  
raro mentientibus, magis quam vera  
dicentibus attestetur, & secundū eun-  
de yltimæ sit elasis, ad persuaden-  
dū tamē, vt probata sequamur ma-  
ximè est efficacit, vt nihil forsam  
maioris, sicut & parabole, & simili-  
tudines, & interdū apologi idē effi-  
ciunt, qui pismo & dominus, & Sal-  
uator noster sepius ob id in pa-*

rabolis loquebatur, locus enim à  
simili persuasionibus aptissimus  
est, vt inquit Boet. in topi. & ad ex-  
planandum docendum, & allicie-  
dum teste Rodolpho Agricol. &  
ita Romanorum omnium doctis-  
simus Marcus Varro circa eas ma-  
ximè laborauit, ideo non inepte à  
Iustiniano testamētum quasi mē-  
tis testatio dicitur, vt in princip in-  
stitu. de testamēt. quod optime à  
Laurent. Valle & aliorum calum-  
nijs deffendit, R. Episcopus Segor-  
biens. in Rubri. eod. tit. extra de te-  
stamēt.

Nos vero animi laxandi causa,  
& persuadendi rem manifestissi-  
mam, nūc vocabuli feligrefes Ety-  
mologiam, quod paucis nota for-  
sati est perquiramus, & vt in lib. 1.  
harum interpretationum deduxi-  
mus, litera, c. ex dictionibus lati-  
nis, facile in g in Hispana versione  
cōmutatur, idque clericis & Gali-  
cus Italicus, & alia mille osten-  
dunt, sic feligrefes, id est filios Ec-  
clesiæ dicere possumus, qui nobis  
filij in Ecclesia constituuntur, nos  
que illis spirituales patres effici-  
mur, quibus spiritualia ministra-  
mus ideo illi, qui sub spirituali no-  
stra potestate, & iurisdictione,  
que in sacramentorum ministra-  
tione versatur, subsunt, feligrefes,  
proprie appellamus, quasi filij Ec-  
clesiæ nostræ sint, & sic nostri, cum  
nos Ecclesiam vxoris loco habeam-  
us, vt in libello de reddit. Eccle-  
siasti. explicauimus, & hæc inter-  
pretatio aptissima est, cum in ipsa  
dictione Ecclesia litera, c. in g. mu-  
tatio

tatio fiat, nam Hispane yglesia di-  
cimus pro ecclesia, sic & ecclesia  
matrix dicitur, que filios regene-  
rat per baptismum. in cle. r. ex de  
sentent. excommu. in glos. quod si  
velis & sine mutatione etymolo-  
giam aliam non ineptam adapta-  
re feligrefes dicere potes, quasi fi-  
lios gratiæ, nam eos quibus mini-  
stramus Sacramenta non inepte  
filios gratiæ appellabimus, cum  
per Sacramenta gratia confera-  
tur, ideo per gratiam eos filios no-  
stros efficiamus.

Sed quid si nunquam alicui ex  
eis Sacramenta ministravit. re-  
ctor quia priuilegio sedis Apōstō-  
licæ solent a non suis sacramenta  
recipere, vt a Monachis, sed non  
omnia recipiunt, quia in paschate  
Eucharistia, in parrochia mini-  
stratur, & etiā si nunquā rescipif-  
set, non ideo minus filij dicentur,  
cum a parrochio ius exigendi eis  
competat.

Ex his deduci plura possunt,  
vtrum occidendi proprium recto-  
rem paricide loco habeatur, &  
an incestus quasi cum consanguineo  
iudicetur commissio cum re-  
ctore proprio ad effectus maxime  
quos supra deduximus in lib. 1. in  
c. 5. Sed non est hæc filiatio spiri-  
tualis per omnia naturali compa-  
randa, licet enim circumstantia  
grauis sit & que grauissimam pu-  
nitionem exigere, non tamen hæc  
filiatio natura est inducta, sed per  
legem, ideo Sacrilegium simpli-  
citer, non cum incesto dicitur ta-  
lis commissio, licet aliqui hoc adeo  
eleuent, vt neq; sacrilegium com-  
mittere clericum fornicando, sed

simplicem fornicatione male ex-  
istiment, vt late ibidem diximus,  
in num. 9.

3 Quod autem de superfluis et y-  
mologis diximus, & de diffinitio-  
nibus possumus affirmare, multi  
enim ex nostris adeo sunt in diffi-  
niendo morosi, vt de his dici pos-  
sit iuste, quod de Auicena inquit,  
quidam quod in hac re adeo grat  
morosus, vt neq; olus emere se pos-  
se existimare, nisi adiecta diffini-  
tione, cum tamē in iure nostro nō  
superflua solum, sed periculosa sit  
vt in l. omnis diffinitio, ff. de reg.  
iuris, in rebus enim notissimis,  
difficilius est diffinitionem, quam  
diffinitum interpretari, vt in a-  
dulterio, in homicidio, licet de a-  
dulterio non leuis sit quæstio,  
quam explicauimus in lib. 1. harū  
selectarum interpretation. in c. 5.  
per totum.

Sed ad etymologias vel potius  
illusiones redeamus, in quibus so-  
la nominis conformitas expecta-  
tur, vt ex Quiutiliano optime do-  
cet Alciatus de verbor. significa-  
tio. lib. 4. & in l. tabernæ appella-  
tio eod. tit.

4 Et dicamus damnistam quasi  
damnum instans, quid enim fœne-  
ratore damnosius, quod aliud est  
malum adeo presens, cum vigilā-  
tem, dormientem, aliud agentem  
vsuræ committentur debitorem,  
& persequatur? Ideo antequam  
re comprehendant, *Hostiles at-  
que Tyrannicos,* (vt inquit Plu-  
tarc, in libello de vitandis vsuris)  
*Fuge damnistas libertatem inua-  
dentes, multamque inscribentes,*

Ⓞ

Et cum non reddis coniciantes, & rursus, ciuitates miseris trāscurrūt implicans, atque expilans, non. Ut Triptolemus domesticum fructum seminans, sed debitorum radices admodum laboriosas, fenebres, & inenitabiles plantantes, quā in gyrum pullulantes, ac germinantes, ciuitates suffocant, & euertāt. Quid nō ne pecuniā fenebrēt accipiens in cōtinuā febriū incidisse dicere possumus, quē ut idē Plutarch. inquit, *Pascitur tanquā ignis furēs assidue auctus pernicie, atque vastitate infeliciter pereuntis, nam usura fugat usuram, usura altera restat.* Huius male remediū nisi ne curationem certam ponit ipse Plutarchi. *habes? inquit Ne fenereris quoniam non indiges, non habes? ne fenereris quoniam satisfacere haud poteris, capram ut est in prouerbio gestare non uales, bouē tamen super imponere laboras, pauertatem ferre non potes, tamen longe grauius tibi ipsi onus feneratorē scilicet imponis, etiā diuitibus intolerabile.* Idem Plutarchus ostēdit confici posse a sylum ad quod confugientes a feneratoribus sumus securi, ita inquit. *Ex inutiliū, atque superuacuarum rerū abscessione, seu uenditione libertatis templum nobis ipsis, liberis, atque uxoribus edificare conemur, si quidem in Epheso diane ob aratis cum in illius iugerint templum, a sylum atque securitate a feneratoribus praestat, ac frugalitatis a sylū, & in ac*

cessibile quidē ubique modestis patet, regionem latā, ac multi ocij, hilarem, & idoneam praebens. Alia retulimus ex eodem Plutarcho in isto lib. dum de cambijs ageremus supra in c. 2.

Quid etiā si militiam a malitia deducamus, vel a malo, non quod propulset (ut inquit Vlpia) in l. r. ff. de militar. testa: sed quod infert, est enim lerna malorum ut late docet Paremiographus in adagio, dulce bellum in expertis, quid si a molice, non per contrariū, quia dura est militia, sed quia facile Venus con Marte coniungitur, & omnes moles & desidiofi & perditī homines. bellum appetunt, nam & uideamus desidiosos non posse a mendicando arceri, licet nudi frigora, & calores, & alios maximos labores patientur, quos si a uirtute, & officijs libero homine dignis non fugerent, non sustinerent, ideo uerius est fortes homines & sapientes non fieri milites, nisi casus & ratio hoc exegerit, ut re publica quasi nominatim eos appellēt, & ad bellum necessitas adigar.

SVM-

¶ SVMMARIVM ¶  
Ex cap. sequenti.

- 1 Nobilitas maiorum, non est spernenda.
  - 2 Debent nobiliores preferri in mueribus in Republica bene ordinata, & num. 5.
  - 3 Nobiles sunt humaniores quā innobiles & num. 4.
  - 6 Vera nobilitas ex consensu u. niuersali omnium gentium, est existimanda.
  - 7 Vera nobilitas in uirtute consistit.
- Copit. xvi. de his que in lib. supra c. final. dictum est circa nobilitatem.

IN libro primo harum selectarū interpretationū, in capite ultimo ostendimus, ueram nobilitatē in uirtute sola consistere potuisse, quam in maiorum stemmatibus, Nam quē non fecimus ipsi uix ca. nostra puto inquit ille, idē Diuus Thomas in libr. primo de eruditio. Princip. in cap. 4. de erroribus circa nobilitatem, & in c. 5. de uera nobilitate cōprobat, sed quoad politicos mores, rectamq; Reipublice gubernationem non est maiorum spernēda nobilitas sed potius ueneranda, inest enim in ea splendor quidam, & dignitas, *Consentaneum enim est,* (inquit Aristotel. in libro 3. politico. in c. 8.) *ex melioribus ortos esse meliores, qui etiam in libro 4. Ethic. inquit, Etiam eos honestant, qui hęc ip-*

sa, uel perse ipsi nacti sunt, uel a maioribus relicta acceperunt, uel ab eis etiam, qui eos aliqua propinquitatis iure attinent, ideo ex nobiliores affumendū est, ad magistratus, & reipublice administrationem, ex eod. Aristot. probat Sanctus Thomas in lib. 4. de regimin. Princip. quia inquit, *De uili loco assumpti ad principatū, ut pluries ledunt Politiam, iuxta illud Pueri, asperius uihil est humili cum surgit in altum, Unde in ecclesiaste scribitur in c. 9. quasi hoc sit in magnum detrimentum regimini, est inquit malum, quod uidi sub sole, & quasi per errorem egrediens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum, uidi seruos in equis, & Principes abulare quasi seruos super terram.* Huc usque Sanctus Thomas. Hęc non in eleganter etiā Aristoph. iuranis reprehendit ita inquit, *Cinium quos quidem scimus ingenuos modestos, iustos, honestos, ac probos uiros esse, illos expellimus, fabris autem & peregrinis, & Pirrhis, malis que adq; malo genere natis ad omnia uimur.*

Et hoc ratione ostenditur, quia quando ignobilis dominatur, semper conatur nobiliores opprimere, ut æqualis suorum status fiat, si autē nobilis dominetur, nulla est causa ob quā inuideat humilioribus, nō enim inuidia inferiora insequitur, ideo nobiles curant sem-

per, vt quilibet in suo loco permaneat, quibus iniuria fit, si sibi inferiores preferantur, vel equentur nam vt inquit Aristotel. *Prestantes viri agere serunt honore equalitatem, quam plebeij desiderant.* Quod fieri non debet in Reipublica bene instituta, nā vt ipse dicit signum est Reipublice bene institutae, vt populus in suo maneat loco. *Instituenda ergo ciuitas est, vt boni quidem viri plusquam sibi competant, habere non querant, improbi autem si querant, habere non possint. Hoc autē fiet, si inferiores, sint neque iniuria patiantur.*

Hæc autem quæ diximus optime comprobantur ex his, quæ verissime dicit Archiepisc. Valentin. in concione de diuo Martino cuius verba referemus, quia cum Sanctissimus ille vir non causam suam, sed aliorum egeri, nisi in hoc solo quod veritatis partes suas semper existimabat, testis est locupletissimus, & verba ipsius sic habet. *Hæc differentia est inter eos, qui genere ab antiquo magni sunt, & eos quos casus, vel fortuna ex humilibus magnos fecit, quod priores sicut sanguine nobiliores, ita & ingenio humaniores, humilioresque sunt, & apud omnes homines tractabiliores nec mirum non enim ex hoc magnitudinis iacturam timent, quæ tot seculis in progenitoribus fundatam radicatam que conspiciunt, alij autem quasi aduentitiam, & nouam in sua humiliatione periclitari per timent, facilliter que posse ab ho-*

*mimbus cõteri, nisi in alto propria reputationis se cõtineant videas hos elatos, tumidos, austeros, & in accessibiles supra homines intumescere, quorum faustuosam superbiam nemo hominum portare sustineat.*

Sed non est omnium istorum idem ingenium, neque studium, nam nonnulli eorum genus antiquum terræ titania pubes cum nobilibus quasi cum dijs bellum perpetuo gerunt, simultateque exercent, & in inuidiam eorum aliquid moliantur semper illis detrahentes, atque repugnantēs, alij vero, quorum ingenium alio propendet factum superiores vsurpant fortis, & pronobilibus se gerentes adeo sunt nobilitatis fautores, vti humiliores imo sibi equales quasi inferioris ordinis homines contemnant, & adpernentur, aliter enim suam precariam nobilitatem periclitari ventur, ideo eam officijs, adularionibus indefesso labore ægre defendunt, & quasi damnati si Syphi rediturum voluere laxum, nihil aliud agunt, vel meditantur, hi solū potentiorum amicitias maxime colunt illorum malitia ex inuidia, horum autem ex superbia, & philautia originem trahit, qua bonus vir carere debet, neque Scipsum, neque sua diligere, sed iusta semper, nam qui se amat cum se ipsum magis, quam veritatem honorandum putet, quid iustum, bonum & pulchrum sit, male iudicat, Vt in supra de legib. ait Plato, & vt Euripides inquit, ea sola inspicit, & expectat que sibi cordisunt, huiusmodi sunt mores infancientium, & stultorum homi-

hominum. dicebat Socrates, apud superbiam, ceu apud malū figulū, aut statuarium peruersas rerū imagines videre est cauendum igitur est, ne his factiosis hominibus Reipublica, cui maxime nocent, committatur, *ordinum enim coniunctio* (vt Cicero inquit) *ad salutem reipublice pertinet.*

Hoc itaque inter nobiles, & ignobiles obseruandum est, vt humilioribus nobiles iniuriam non inferant, vt eleganter explicat Vipianus in l. illicitas, in §. ne potentiores ff. de offi. pro consu. & lega. humiles vero, nisi sint virtute clarissimi, ad nobilium honores non assumantur, *Oportet enim reipublicam* (vt Aristotelis ait) *quæ diuturna futura sit, velle vt omnes ciuitatis partes consentiant, atque in statu suo permaneant.* Et eleganter Isoocrates ad Nicoclem in rebus publicis omnino iniquissimum mihi videtur honos, & improbos in eadem reputatione esse, omnino autem & iure optimo hæc emendari oportet, ne qui inter se dissimiles sunt, rebus fruuntur eisdem, sed pro sua quisque dignitate tum viuat, tum a stimeatur, Et Plato eam constitutionem Reipublice rectam existimat in qua inest pueris, mulieribus, seruis liberis, artificibus, Magistratibus, & priuatis, quod suum vnusquisque vnū egerit, minime per aliena vagatus, & optime idem Plato in 6. de legib. inquit, *Serui, & Domini amici nunquam erunt, ne que probi, & improbi si equalibus afficiuntur*

*honoribus in equalibus enim in equalia fiunt, nisi mensurā accipiant, nam propter hæc & utraque seditionibus replentur Reipublica, & turbatur omnia, si omnes non sint suo loco contenti, ita vt ignobiles nobilioribus præferantur, ex quo sequitur quod Isaias inquit in cap. 3. tumultuabitur puer contra Senem, & ignobilis contra nobilem: ideo vitanda est sub nomine equalitatis in discreta confusio, nam & in statu innocentie non erant futuri homines equales, sed homo homini, licet non vt seruo effectus dominatus, vt docet Sanctus Thomas in prima parte, in questione 97. in articulo 3. & 4. nam vt ipse inquit, hoc contigit inter Angelos, ideo non est contra dignitatem status innocentie quod homo homini dominetur, quia vt ipse inquit in questione 47. & 48. in articulo 2. perfectio vniuersi requirit in equalitatem, nam vt dicebat Archyta Pythagore. *Administrare imperium ad meliores pertinet, obedire ad deteriores.* Ideo nobilioribus honos suus est deferendus.*

6. Sed neque adhuc intanta hominum superbia nobilitatis expedita est questio apud omnes, dum quilibet & Plebeius se nobiles iactant, & confingunt, sed nobilitas ex communi omnium gentium opinione est censenda, nam eos (inquit Aristotel. in lib. primo Politicarum) *solos nobiles iudicamus qui non solum apud se ipsos nobiles, sed vbiq; existimantur, barbaros autem do-*

*mi solum nobiles.* Nam ridiculū est illud iudicium inquit Diuus Thomas vbi supra, *Si aliquis iudicaret seruum, vel rusticum alijs seruis, vel rusticis nobiliorem, Quid diceret Sanctus vir si videret multos de fordida etiam plebe de nobilitate gloriari, nobilioribus velle præferri? quis ferat Gracchos de seditione loquentes? nam vt inquit Sophocle. in Elead. cum boni ab ignobilibus superantur, quæ nam ciuitas id ferre possit? quod adeo fit, vt iam non de finibus, sed de tota possessione sit controuersia, Vt ait Cicero sed nos eam solum sequamur nobilitatem, quæ animi candore, & virtutibus constat, Nam si verum dicere volumus (inquit Aristotel. in libro 4. Ethico.) Solis bonis honor debetur. nam genus, forma, vires, opes, diuitia, ceteraque, quæ fortuna dat, aut corpori non habent in se veram laudem, quæ debet vni virtuti puratur, virtus per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest (in secundo de oratore inquit Cicero) quales autem aliæ sine virtute sint nobilitates, fructus, qui ex ipsis producuntur ostendunt. Non bona est arbor (inquit Diuus Bernardus in libro 3. de consideratione ad Eugenium) Faciens fructus tales, insolentias, desolutiones, simultates, scandala, odia, quodque magis dolendum inter ecclesias inimicitias graues, perpete (quæ discordias) Qui etiam subiungit, Ignosce mihi non facile ad*

*ducor licitum consentire, quod tot illicita parturit.* De nobilitate etiam multa ponit Ioh. Stobæus in Sermon. 84. eū sequentibus.

¶ S V M M A R I V M ¶

1. Vicarius dignior Canonico, & infra nu. 4.
2. Utrum sit in choro admittendus Vicarius.
3. Usus inductus tot admittantur in choro alij præter psallentes.
4. Ex potestate ad dignitatem non bene inferitur.

Cap. xvij. De Vicario Episcopi vtrum præferatur Canonico in Choro.

**I**N Canonicos & Episcoporum Vicarios contendit solet quis alio loco sedere debeat, dum honorabiliores alijs se existimant, neque parum Episcoporum vicarijs fauet, quod iurisdictionem etiam in ipsos Canonicos habeant, ideoque superiores sunt non æquales, quia imperium in inferiores exercetur vt in l. ille aquo in §. tempestiuū ff. ad Senat. consult. Trebellia. & in l. nam & Magistratus ff. de arbitror. nam magistratibus honorem debet naturalis ratio, & omnium gentium mos exigat, arg. in l. semper ff. de iure immunitat. & in l. om-

omne delictum in §. contumacia. ff. de re militar. & ita Abbas in cōsil. 21. in primo volu. existimat vicarium præferri non solum Canonicis debere, verum & Archidiacono, & reprobatur contrariam consuetudinem, quod sequitur Iaffo. in lege de quibus in col. 18. de legi. & Roch. in c. si. de consuetudi. in 4. ampliatio in col. 9. & de hac re late scribit Antoni. de Pret. in tracta. de iurisdictione. Episcopo. in c. 6. & in vol. 2. tracta. vbi ipse tanquam vicarius hoc prosequitur, & defendit, & præsentem, & absentem Episcopo hoc etiam obtinere.

Sed videamus num hæc in vniuersum vera sint, an sicut iure communi & per concilium Tridentinum specialiter Episcopo prima sedes, & locus pertineat in Choro, & alijs omnibus actibus, vtrum & eius vicario sit sedes constituenta, & quæ, vel præsentem, vel absentem Episcopo.

Omissis itaque superfluis disputationibus habeat ne dignitate vicarius Episcopi quod ad rem non pertinet vnico verbo possumus expedire vnica regula constituta in Choro, vel in quolibet alio loco, in quo clerici officium diuinum, celebrant vestibus Sacris parati, vel alijs vestimentis ad id ab ecclesia destinatis, vt Capis, Roquetis, vel superpellicijs (vt vocant) eo tempore, & eo loco nullus alius, qui eidem officio non deservit, neque illis vestibus utitur admitti debet, si iuris rigorem consideremus, quo inspecto non so-

lum non debetur vicario sedes, verum neque in choro admittere eum tenentur, si aliquando vicarium, & alios admittunt, potius ex vsu faciunt, quam vt seruent Canonicam disciplinam, cum locus ille sit canentium, & psallentium, & diuinis laudibus ministrantium, nihil ibi est quod agat quicumque neque habitu, neque officio est alijs similis, nam in concilio Magnanimo constitutum est, vt laici secus altare quando Sacra mysteria celebrantur stare, vel sedere inter clericos non præsumant, sed pars illa, quæ cancellis ab altare diuiditur, tantum psallentibus pateat clericis, vt in e. r. de vita & honest. clericor. ecce quod inter psallentes nullus debet misceri eo ministerio non destinatus, & ita Diuus Ambrosius vt habetur lib. 9. Histor. tripartite c. 30. ad imperatorem Theodosium inquit, O imperator, interiora loca tantum Sacerdotibus sunt collata, quæ ceteri neque ingredi, neque contingere permittantur, egressi igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe communitatem, purpura namque imperatorum, non Sacerdotes facit, tum fidelissimus Imperator etiam hanc traditionem animo libenti suscipiens remandauit, non temeritate causa inter cancellos remansit, sed in Constantinopolitana vrbe hanc consuetudinem esse cognouit. porro regulas pietatis, quas a magno Sacerdote percepit etiam reuersus in Constantinopolitana vrbe seruauit, nam cum festiuitatis tempora ad ecclesiam proficessisset, oblati ad altare muneribus

bus mox egressus est, cumque Ne-  
 starius tunc Præsul ecclesie roga-  
 set, cur intus stare noluisset, man-  
 dauit Princeps vix porui discere  
 (inquit) quæ differentia sit impe-  
 ratoris; & Sacerdotis: vix enim  
 inueni veritatis magistrum; Am-  
 brosiū namque solum noui di-  
 gne vocari Pontificem, hæc ibi re-  
 uocandæ essent piæ Sanctorum pa-  
 truum obseruationes & ceremoni-  
 æ, sed interim dum alij admit-  
 tuntur; quare Episcopi vicarius  
 debet excludi? & ita Bal. in lege  
 secunda C. de sacrosanct. eccles. di-  
 cit de consuetudine non serua-  
 ri dictum c. 1. sed stante eius rigo-  
 re nullum ius haberet vicarius cho-  
 rum ingrediendi, sed ex consue-  
 tudine est admittendus; & dabi-  
 tur ei locus prior post illos, qui  
 propinquius assunt Episcopo,  
 si enim admittuntur, quare alijs  
 quibus præfunt non præferentur  
 vt infra dicemus.

Quod si dicas licet suo non pos-  
 sit chorum ingredi vicarius, pos-  
 set tamen loco eius, cuius vices su-  
 stinet, respōd. quod non est verum  
 eius vices sustinere ad illos actus,  
 qui in choro fiunt, nam non in  
 hoc est electus, sed vt causas indi-  
 cet; & ea quæ sunt iurisdictionis  
 exerceat neque potest ad illa quæ  
 in choro fiunt Episcopus vicarium  
 constituere neque enim habitum,  
 & ea quæ sunt ceremoniarum po-  
 test Episcopus alicui demā dare vt  
 argumēt. c. aqua de consecratio  
 ecclesie vel altar. quia iam a iure  
 constitutum est, quis in choro post  
 Episcopum eo præsentē, vel ab-

sente ministrare debeat, ideo alius  
 vicarius quam is, qui Episcopo  
 succedit in choro non potest se in-  
 tromittere; sicut neque in aliena  
 domo etiam honorabilior potest  
 sibi locum, & honorem vindica-  
 re; hæc enim concedi comiter, &  
 vrbane solent, non exigi, sed dum  
 alijs hæc a clericis conceduntur,  
 non debent Vicario denegari, i-  
 demque in processionibus, & alijs  
 actibus, qui solemniter habitu spe-  
 ciali, & ab ecclesia destinato exer-  
 ceri solent, de rigore iuris nul-  
 lus, qui de eo ordine, & collegio  
 non sit admitti debeat, & hæc nul-  
 lam videntur habere dubitatio-  
 nem, extra ecclesiam autem, & i-  
 stos actus, si per contrarium de  
 his loquimur, quæ ad Vicarij per-  
 tinent ministerium, & eius iurif-  
 dictionis exercitium, in his inquæ  
 maior alijs erit Vicarius, si de suo  
 tribunali agatur, vel si quæ sunt  
 alia, quæ solemniter solet exer-  
 cere, vt alijs iure suo præferatur, ut  
 omnibus autē, quæ extranea sunt,  
 neque officium Vicarij, vel Archi-  
 diaconi, vel Canonicorum perti-  
 nent, cadere quæstio potest; & in  
 hoc Abb & alij supradicti Vacario  
 fauent,

Sed videtur quod non solū Ar-  
 chidiaconi, verū oēs canonici Ca-  
 thedralis ecclesie sint illi præferē-  
 di, imprimis si de dignitate quæri-  
 mus, quæ dignitas erit in officio nō  
 perpetuo, sed ad tempus, cū ad nu-  
 tū Episcopi possit remoueri? vt vi-  
 demus, & norat Bal. in l. solet in §.  
 sicut, de officio pro cōs. & lega. &  
 per Bertach. in tract. de Episc. in 7

par.

parte in 11. quæstione, neque in iu-  
 re huius dignitatis, in canone ali-  
 quo mencio fit, quod autē vicarius  
 canonicis preferri non debeat vi-  
 detur, quia Canonici Episcopi fra-  
 tres quodammodo sunt, & ad mi-  
 nistri, vt in c. quæsiuit de his quæ  
 fiunt a maio. part. capi. at vicarij  
 in Episc. est familiaris, & licet &  
 Cononicus possit esse in seruitio  
 Episcopi, vt in c. de cetero, & in c.  
 ad audientia, extra de cleric. non  
 resident. id tamen non efficit, vt  
 simpliciter Canonici familiares  
 Episcopi dici possint, sed verius  
 est præferendos esse vicarios cano-  
 nicos, & alijs omnibus, in quos iu-  
 risdictionem exercere possunt,  
 quia superiores sunt illis, & ordi-  
 narij iudices sunt, vt nota in cap.  
 2. de conuētu, in lib. 6. tradit Ber-  
 tach. in 7. parte in 4. libr. in 1. quæ-  
 stione, non obstat quod Canonici  
 videantur fratres Episc. non fami-  
 liares vt Vicarius, & quod Episc.  
 plus possit in vicarium, quam in  
 eos, qui sunt de capitulo, quod illū  
 remouere potest, non istos, nam  
 hoc argumentum non concludit,  
 id enim probat respectu Episco-  
 pi, non inter ipsos, neque efficit, vt  
 inter ipsos nō sit maior vicarius,  
 nam ecce Senatoris filius inferior  
 est quoad patrem, quam Plebeius  
 quilibet exterius, quia in filium  
 plus potest pater, sed hoc non e-  
 fficit, vt Senatoris filius nō habe-  
 tur maior quolibet ex plebe, &  
 ita argumentum nihil efficit, &  
 hoc quoad eos, in quos habet vica-  
 rius iurisdictionem, si vero in eos  
 nullam habet Vicarius iurisdictionem

nem dubium videtur, sed nihilo-  
 minus sequendam censeo Abbatis  
 opinionem, cum sit ordinarius iu-  
 dex, & per rationes deductas per  
 Abbate, qui consuluit pro vicario  
 & ita iure etiam communi in lo-  
 cis qui non sunt canonicis solis de-  
 putati, vicarius erit præferendus,  
 & Vicarius Episcopi in Synodo  
 diocesano Post Abbates ante Ca-  
 nonicos, & Archidiaconum, & a-  
 lios in dignitate in ecclesia Cathe-  
 drali constitutos sedebit vt per  
 dictum Abbat. supra allegatum,  
 tenet Henricus de Boris in tract.  
 de synodo Episcop. in 3. par. in  
 numero 20.

LIBRI SEPTIMI  
 FINIS.